

INDEX
ALPHABETICUM Materialium

A.
De
circa alienam rem i. singulari. 8.
Anteologias. ii.
Absentie iure. 18.

B.
Beneficio iuribus dando. 5.

C.
Collatione iuris Statutarii Rigen-
sis et communis. 1.
Collatione iuris civilis et Cul-
menensis. 2.
Communione rerum. 3.
eo per consequentiam quod
iustum est. 6.
Commendationis iure. 7.
Carta signata Dampzort
pior. 12.
Sensiticiis Prædijs feralibus
civiliter mortuis. 21. 15.

D.
De
dato beneficio invito. 5.
Dominio immutabili seu
manu mortua. 22.

E.
Emergenti novo. 4.
Examine Testium ad peri-
petuam rei memoriam. 28.

F.
Foemina meretrice. 13.

G.
H.
Hereditate jacenti. 16.

J.
iure absentia. 18.
iuris Statutarii Rigen-
sis et communis collatione. 1.
iuris civilis et Culmen-
sis collatione. 2.
iure vicinitatis. 17.

De jure commendationis 7.
impunitate 10.
jacenti hereditate 16

L.

Manu mortua seu Domi-
nio immutabili 22.
Mortuis civiliter 21.

N.

Novo emergenti 4.

O.

Omissis in Sententia 24.

P.

Predijs censiticis Ruralibz 15.
Privilegijs militantium 19.
Pignore tacito. 20.

Q.

De

R.

Ruralibz Predijs censiticis is
Reram Communione. 3.

S.

Signata Charta Doppelpappus
Singulari jure circa rem 12.
alienam. 8.

Subtilitatibz juris Sublatis 9.

T.

Testium Examine ad perpetuam
rei memoriam. 23.

Tacito Pignore. 20.

to. 5.

li seu

4.

ad peri-
tiam 23.

ce. 13.

4 16.

18

figens
uatione.
ulmen se.

17.



XX
DISPUTATIO ORDINARIA
DE
PIGNORE
TACITO,

19
QUAM
DIVINO ANNUENTE NUMINE
Ex decreto Nobilissimæ Facultatis Juridicæ
In inelyta Gryphiswaldensium Universitate

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI GERDESII,
J. U. D. Ejusdemq; Profefs. Ordin. Facultatis Juridicæ
h. t. Decani, spectabiliis, Dn. Præceptoris ac Promotoris sui
quavis animi promptitudine devotè æternum
colendi.

Publicè in Auditorio Majori ad d. 26. April:
Eruditorum examini subjiciet

JOHANNES FÜLLERUS,
STADÀ-BREMENSIS.



GRYPHISWALDIÆ
Ex officina MATTHÆI DOISCHERI, Universitatis Typogr. 1667.

DISPUTATIO ORDINARIA
DE
PIGNORE

TACTO

QUAM
DIVINO ANNUENTE NUMINE

Ex doctoro Nobilissimo Facultatis Juridicae
In iudicio Gypswaldensium Gypswaldensis


Sub Praesidio

DR. FRIDERICI GERDESII

J. U. D. Finsbenderi Proleg. Ordinis Facultatis Juridicae
Ordinis Praeceptoris ac Promotoris sui
Quibus cum sit in praesentibus de Praesidio
Gypswaldensium Gypswaldensis

Praeside in Auditorio Martii ad d. 20. Aprilis
Emendatione ex auctoritate

JOHANNES FÜLLERUS
STADA-BREMENSIS.



GRYPHISWALDENSIS
Ex officio Matthei Gypswaldensis, Universitatis Typog. 1667.



f. de V.
aliosq; j
saltem so
ut de pi
vel aliu
Neguzan
idq; in f
esse mor
tit. 4. art.
§. 2.
do signi
theca. l.
gatam. I
pignorat.
creditor
tutum
sub pos
definitu
sibi deb
tit. de pi
omnis
§. fin. In
§. 3.
timur, u
bligata.

F. D.

§. I.



Ignoris & hypothecæ diversa nomina et si qua rem, dum illud traditione (unde & à pugno, quo quid traditur & accipitur, dictum censetur) hæc conventionem constituitur, distinguuntur *l. 238. §. 2. ff. de V. S.* qua obligationem tamen actionem, aliosq; juris effectus eodem usu pollent & nominis saltem sono differunt *§. 7. Inst. de act. l. 5. §. 1. ff. de pign.* Ita ut de pignore mentionem faciens statutum, pactum vel alius sermo in hypotheca obtineat & vice versa. *Neguzant. in tr. de pign. part. 1. prin. n. 8. seq. Bacch. de pign. l. 1. c. 1. idq; in statutis Lubecensibus accuratè observandum esse monet Magn. Dn. Mev: com: jur. Lub. ad rubr. l. 3. tit. 4. art. 1 n. 8.*

§. 2. Acceptio harum vocum varia est. Aliquando significant conventionem de pignore & hypotheca. *l. 1. §. ult. ff. de pact.* quandoq; rem ipsam obligatam. *§. 7. vers. nam pignoris: Inst. de act. l. 8. §. 4. ff. de pignorat. act. tt. ff. & C. de distract. pign.* aliquando Jus creditori in re oppignorata per obligationem constitutum *l. 1. pr. de pign. tt. ff. & C. qui pot. in pign.* Ex quibus posterior significatio hujus loci propria est, ac definitur Jus reale, quo creditor nomine ejus quod sibi debetur rem obligatam tenet. *Wesenb. in parat. ff. tit. de pign. n. 3 ibiq; Habn.* Cujus vis, finis & effectus omnis in securitate & cautione debiti positus est *§. fin. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. jubet ff. de collat.*

§. 3. Pignorum, quatenus hac voce generaliter utimur, ut est rei traditæ & non traditæ dummodo obligatæ. *Vult. 1. Jurisp. Rom. c. 32. n. 7.* variæ existunt diver-

A

diversitates & divisiones. Potissima desumitur ex
causis pignorum, quibus pignora constituuntur,
quas Jura faciunt quadruplices (1) Legem. *tt. ff. & C.
in quib. caus.* (2) conventionem partium *l. 1. pr. de pign.
act. l. fin. C. de Prætor. pign.* (3) auctoritatem Magistratus.
l. 26. ff. de pign. act. l. fin. C. de Prætor. pign. (4) voluntatem
testatoris *d. l. 26. ff. de pign. act. l. 12. ff. de alim. & cib. leg.*
Unde etiam quæ tuor pignorum species existunt: Ali-
ud legale, quod tacitum vocamus, aliud conventio-
nale, aliud prætorium, aliud Testamentarium. Et hæ-
tres posteriores species sub expresso pignore veni-
unt. De tacito autem hac vice tantum acturi sumus.

§. 4. Tacitum pignus est, quod lege, sine expres-
sa contrahentium voluntate in bonis debitorum con-
stituuntur. Causa hujus lex est *tt. ff. & C. in quib. caus.
pign. tacit. Neguzant. d. tr. p. 2. pr. memb. 4. n. 1.* Unde &
legale dici solet *Moz. de cont. tr. de pign. col. de div. pign.
n. 25.* Per legem a. non modo publicam supremi Magi-
stratus constitutionem, uti propriè accipitur, intelli-
gimus, sed statuta quoq; civitatum & consuetudines
locorum, quæ legum vi gaudent, etiam quod Jus pi-
gnoris inducendi spectat *l. 32. ff. de LL. l. 37. ff. de reb.
aut. jud. poss.* Nunquam vero tacitum pignus sine lege,
statuto aut more, ideoq; nec id asserimus aut poni-
mus, nisi de hoc constet, & licet de certis casibus
lege vel consuetudine cautum sit, ultra definitos ta-
men & receptos in consequentiam id trahendum non
est. *Vult. 1. de J. R. 34. n. 8.* Quæ in re non infimæ erudi-
tionis viri persæpè labuntur tum in docendo, tum in
judicando, dum hypothecas tacitas multis creditis a-
liquo favore, sed cerebrino saltem, moti addunt, qua-
rum tamen fundamentum, de quo jam dictum est, de-
mon-



monstrare nunquam possunt. Effectus taciti pignoris idem est cum expresso, sicuti infra ostendemus, & licet plerumq; inducatur in statuto vel lege per verba fictionem importantia, *l. in praediis verb. tacite pignori esse intelliguntur ff. in quib. caus. pign. l. 4. ibi pignori esse creduntur ff. eod.* pignus tamen verum est non fictum *Neguzant. d. memb. 4. p. 2. pr.* ubi rationem addit ex Bartolo *in l. 15. ff. de usucap.* quod lex fingendo in actu descendente à potestate juris verè facit non fictè.

§. 5. Taciti pignoris multæ sunt species, quas ordine explicare opus est: Prima occurrit in dote ejusque actione *l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. §. fuerat. Inst. de act.* Hæc tacita hypotheca datur ex utroq; latere, uti *d. §. 1.* habet, videlicet tam ex parte mariti pro dotis restitutione, tam ex parte mulieris pro dote marito præstanda. Quis igitur vel quæ dotem petit aut repetit, ex utraq; parte hypothecam habet, quasi fuerit scripta *d. §. 1. in fin.* sive dos data & promissa sit per uxorem sive per alios, sive recepta per maritum, aut ab aliis pro eo: sive sit adventitia, sive profectitia: sive agant dotis nomine ipsi conjuges, sive eorum hæredes, quibus tam suis, quam extraneis non minus Jus tacitæ hypothecæ, quam cui annexum est actio dotis competit *d. l. unic. §. 6. C. de rei uxor. act.* Et cum quod in hæredem transmissibile idem etiam habeatur cessibile *l. ex pluribus ibi gloss. & Dd. ff. adm. tut.* transit in cessionarium mulieris *Bald. in l. 1. C. de priv. dot.* etsi simpliciter actio cessa saltem fuerit, nec in cessione hypothecæ mentio aliqua facta. *arg. l. emptor nominis. l. venditor actionis ff. de hered. vel act. ven. Alexand. in l. si vero in pr. ff. solut. mat.* Ratio est, quod privilegium tacitæ hypothecæ non personæ, sed actioni principaliter inditum. *d. §. 1. verb. & in bujusmodi acti-*

one v. late Iason in § fuerat Inst. de act. n. 69 ideo cum illa ad omnes transit. Ex qua ipsa & hoc sequitur extraneo dotanti & post solum connubii vinculum repetenti æq; jus hypothecæ sicut dotis actionem competere Iason in d. § fuerat n. 36. ibid. Job. de Platea Inst. de act. Salicet in d. l. un. § 1. C. de rei uxoria act. Id quod perspicuè evincit tum d. § fuerat, ubi enumeratis duobus privilegiis sc. tacitæ hypothecæ & prælationis, hoc solius mulieris providentia inductum dicitur, illud exactioni dotis datum, ergo omnibus dotem exigentibus: tum d. § 1. verb. sive ipsæ principales personæ dotes dederint sive alia pro his &c. Contrarium placet communi opinioni, quam multi sequuntur, sed sine Jure & ratione. Sicut etiam patri non administratorio nomine tanquam legitimo administratori bonorum filia, sed ex stipulatione principio suo nomine facta aut ex consolidatione agenti ad dotem jus hypothecæ communiter negatur. Bart. in l. post dotem q. 2. ff. solut. matr. Bald. Novell. in tract. de priv. dot. part. 6. priv. 7. A quo etiam abhorret Juris ratio, quæ ut rei uxoriæ actionem patri concedit. d. l. un. § 14. ita annexam hypothecam non censetur adimere. Ita autem uxori ratione dotis competit, ut nihil intersit, quale matrimonium fuerit, verum an putativum, & consequenter qualis dos, vera an opinata. l. 22. § fin. ibi Bart. Barbosa. Jas. & Dd. ceteri ff. solut. matrim. l. 1. C. de cond. ob caus. dat. Jas. in d. § fuerat n. 39. Mey. C. I. A. tit. in quibus caus. tb. 5. dummodo in bonâ fide sit nec virum deceperit l. 58. ff. de rit. nupt. l. pen. § ult. ff. quod fals. tut. auct. Nec in numerata saltem, sed & compensata l. 3. 10. ff. de compensat. Magn. Dn. Mev. part. 4. dec. 19. imò etiam confessata tantum dote obtinet, uti late traditum leges ap.

ap. Rauchbar part. 2. q. 30. n. 26. seq. & Mant. 1. de tac. & amb. conv. lib. 11. tit. 20. Etsi quoad Jus prælationis secus sit, sicuti alio tempore & loco fusius demonstrabitur. Sicut doti, perinde augmento dotis debetur, *Nov. 97. c. 2.* quod quoad omnia privilegia doti exæquatur. *l. 8. ibi gloss. Bart. & Gothofr. C. de jur. dot. Roland à Vall. tract. de jur. dot. c. 100. Mant. d. lib. 11. t. 19. n. 13. Dn. Mev. p. 2. dec. 228.* Sed hoc inter dotem & augmentum quoad hypothecam interest, quod hujus jura in augmento non referantur ad initium tacitæ hypothecæ, quam ipsa dos habet, sed sumant initium à die augmenti facti, ita ut non eadem, sed alia utriusq; hypotheca videatur *l. 19. vers. Jura etiam C. de donat. ant. nupt. ibi Bald. & Salicet.* Eadem valet pro usuris, quæ ob non solutam justo tempore dotem debentur ab iis, qui promiserunt *d. l. un. §. exactio. c. salubriter X. de usur. Dn. Mev. d. p. 2. decis 230. n. 3. & 4.* Sicut etiam pro pretio rerum dotalium, quas maritus alienavit, iis casibus, quando permessa est alienatio, *Bart. cons. 124. Neguz. d. m. 4. p. 2. n. 57.* Imò quicquid ex dote est, eiq; annexum, id jure tacitæ hypothecæ fruuntur. Excipitur poena adjecta promissioni dotis, quam ut odiosam & restringendam ab illo privilegio excludimus, *Paul. Castrens in l. adeo ff. de compens.* Sponsæ per verba de futuro, si ante matrimonium contractum dotem solverit, & casus ejusdem restituendæ accidit non est data tacita hypotheca. *Gl. in l. eos C. qui pot. in pign. ibiq; Jacob de Aren. Bart. & alii* nec enim dos est ante matrimonium *l. fin. C. de donat. ante nupt.* ideoq; & non entis nullæ qualitates. Non obstant *l. 47. ff. de jure dot. l. 17. §. 1. ff. de reb. auth. jud. pos.* De personali enim privilegio saltem loquuntur, quod sponsæ datum est,

quo prævalet chirographariis, posterior a. est hypothecariis. Quod non pertinet ad sponsam de præsentibus, cui in bonis sponsi hypothecam assero non minus quam uxori in bonis mariti, cum illa pro uxore semper habeatur, de quo latius vid. *Cothm. conf. 78. n. 70. seqq. Gail. 2. obs. 80. per tot.*

§. 6. Sed quibus in bonis pro dote tacitum pignus est? In eorum, qui dotem dare promiserunt aut debent, vel qui datam restituere tenentur. Nec interest, majores sint, qui dotem acceperint, an minores 25. annis. Nam in bonis minorum nuptias contrahentium æq; constitui tacitam hypothecam communior & verior est sententia. *vid. Negu. d. tr. m. 4. p. 2. n. 73. Mant. de tac. & amb. conv. p. 1. l. 11. tit. 21.* Diffunditur a. per totum debentis patrimonium, unde sicut reliquorum creditorum arbitrio relinquitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velint distractis ad suum commodum pervenire *l. 8. ff. de distr. pign. Salic. in l. nomen C. quæ res pign. oblig.* ita & mulier ejusve hæres optionem habet ex bonis sibi obligatis, quibus velit retentis vel vindicatis sibi prospicere. *Bald Nov. de dot. p. 7. priv. 47. Neg. d. tr. m. 4. p. 2. num. 33.* ut etiam contra tertios possessores bonorum mariti hypothecaria experiri possit, dummodo cætera non alienata prius excutiantur *Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 7. def. 21* quia excussionis exceptio etiam dotei obstat. *Bald. d. tr. p. 8. pr. 37. Cravett. conf. 77. n. 16. Dn. Meru. d. p. 2. decis 116. n. 6. 7.* nisi tabulis dotalibus clausula constituti inserta sit. *Fab. in C. d. l. 5. tit. 7. def. 25.* Quod etiam ad pretium rerum mariti venditarum pertinet, adeò, ut licet nec peremptæ nec præscriptæ ipsæ res essent, ut *text. in l. 1. ff. de distr. pign.* requirere videtur, contra tenentem vi
taci-

tacitæ hypothecæ ad precia agi posse. *Neguzant. d. tr. pr. m. 4. n. 60. seqq. Mant. d. lib. 11. c. 19. n. 38.* contra communem arbitrentur.

§. 7. An hypothecariam actionem mulier ejusq; hæres in solidum exercere & omnia mariti bona à possessoribus avocare possit, quando maritus vergit ad inopiam, an vero pro rata dotis saltem? quæritur. Posterius communiter statuitur. *Jas. in l. si constante n. 23 ff. solut. matr. Salic. in l. ubi adhuc n. 14. C. de Jure dot. Coler. de process. exec. p. 1. c. 2. n. 194. Moller. 4. Sem. 13. utut qua alios creditores secus receptum sit vid Covarruv. lib. 3. var. resol. c. 7. n. 7.* Perinde etiam fidejussoris bona pro dote tacite sunt obligata. *l. un. § 1. C. de rei uxor. act. Dn. Mev. d. p. 3. dec. 326.* sive ille intercesserit ex parte uxoris pro dote danda sive ex parte viri pro dote restituenda, in casibus quibus fidejussores dotium causa dari solent, quos prosequitur *Hering. de fidejuss. c. 10. n. 269.* & ex eo *Dn. Mev. com. jur. Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 4.* qui similiter excutiendus est, antequam ad tertios bonorum possessores deveniri possit *Autb. hoc si debitor C. de pign. Fab. lib. 8. C. tit. 6. def. 32.* ubi idem ad fidejussoris collaudatores refert, optima sane ratione, quam ex illo disces. Similiter cessat revocatio adversus tertios possessores, quando uxor expressè in alienationem etiam citra renunciationem *SCti Vellejani* consentit, tum enim jus suum remisisse videtur, quod etiam sine renunciatione beneficiorum muliebrium & *SCti Vellej.* fieri posse docent *l. 8. pr. ff. ad SCt. Vell. l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pig Masc. de probat. conc. 1029. n. 9. vol. 3. Magnif. Dn. Mev. p. 2. dec. 129.* & alii ab hoc allegati, ubi tamen addit, quod per hanc remissionem læsa restitui debeat. *vid. Fab. in C. lib. 4. tit. 21. def. 10 & 18.* Præterea
bona

Bona patris, in cuius potestate sunt liberi contrahentes nuptias, si filio ducenti uxorem consentit & permisit accipere dotem non minus ac ipse inde obligabitur ad conservationem dotis. *l. 22. §. transgrediamur ff. solut. matr. Neguz. d. tr. p. 2. m. 4. n. 36. seq.* ubi plura de hac re addit. *Fab. in C. lib. 5. tit. 8. def. 25.* Dote aucta constante matrimonio in scio focero an pro incremento focer ejusq; bona obligentur? vid. *Ant. Fab. d. l. 5. t. 6. def. 9.* ubi pro affirmativa iudicatum refert. De tempore, à quo tacita hypotheca dotis incipiat, est controversa quæstio, eaq; admodum utilis ad dijudicandam prioritatis quæstionem. Si expressa hypotheca per conventionem pro dote constituta est, certo jure in *l. 1. pr. ff. qui pot. in pign.* provisum est, non esse inspiciendum tempus solutionis, quo dos numerata est, sed tempus promissionis, quando promissa fuit. Etsi enim actio de dote una cum hypothecaria, soluto matrimonio, aut vergente ad inopiam marito demum locum habeat, tunc tamen retrotrahitur ejus fundamentum ad tempus promissionis. Cujus rei rationem *d. l. 1.* adjungit his verbis, *nec probe dici in potestate ejus esse ne pecuniam residuam redderet, ut minus dotata mulier videatur,* quasi diceret, quia in voluntate mariti non est, an velit dotem recipere, sed tenetur eam accipere, ne mulier indotata maneat, obligationis principium inspiciamus. Quando enim non est in potestate debitoris recipere pecuniam, inspicitur tempus promissionis & obligationis; quando autem illud in debentis arbitrio est, inspicitur tempus solutionis seu numerationis *Azo Bart. Costal. Gothofr. in d. l. 1.* In tacita autem hypotheca secus esse, & non promissionis sed dotis datæ momentum, quàm ejus prin-

principium respiciendum esse nonnullis placet *Gloss.*
in l. assiduis C. qui pot. in pign. Bald. in l. 1. C. de dot. caut. &
non num. Specul. in tit. de solut. §. ante omnia in fin. Berlich. 2.
concl. 30. n. 3. Apud quos ut diversitatis rationem con-
gruam non deprehendi, ita non possum ex sola il-
lorum autoritate in tacito pignore diversum statue-
re. Quid? quod aliis fundamentis non minus asserere
licet idem juris esse. Hoc probatur ex *l. un. §. 1. C. de rei*
uxor. act. per verba dederint vel promiserint, verb. detur vel pro-
mittatur, ubi satis expressè patet, non minus hypothe-
cam tacitam intelligi ex promissione quàm datione,
dotis. Si autem promissione contrahitur hypothe-
ca, utiq; illud tempus, quo cœpit, inspiciendum est.
Jura enim hypothecarum ex eo tempore initium ac-
cipiunt, quo eadem hypothecæ contractæ fuerint.
l. fin. vers. jura etiam C. de donat. ante nupt. Trentacinq. lib. 3. tit.
de pign. & hypoth. resol. 9. num. 27. Deinde notum est, taciti
eandem vim esse quam expressi, idq; etiam in hypo-
thecis obtinet, ex quibus lex tantum operatur in ta-
citis, quantum conventio efficit in expressis. Nec
obst. *l. fin. verb. si tamen reipsa C. qui pot. in pign. l. 1. C. de*
dot. caut. quæ realem numerationem requirere viden-
tur, ut dos sit, qua sine nec dotis prærogativa subsi-
stere posset: Nam illud desideratur ad hoc, ut dos a-
liter repeti non possit, quam si realiter data fuerit,
nuda promissio sine subsequuta numeratione non suf-
ficiat. Alia quæstio est, si dos data sit, aut pro data
habeatur, à quo tempore incipiat, de qua ibi nihil de-
cisum. Illa ergò incipit à die promissionis, modo de-
inde dos data sit *Trentac. d. ref. 9. num. 27.* Datio enim re-
trotrahitur ad tempus promissionis: Quod ipsum
tamen cum hac restrictione accipiendum est, si eo

B

tem-



tempore, quo promittebatur dos, fuit matrimonium contractum. Sine eo ut dos non est, ita nec dotis privilegium incipere potest. Etsi ergo ante matrimonium dos soluta esset, ut etiam sponsalia de futuro celebrata, non tamen incipit hypotheca nisi cum consensu de presenti contrahantur nuptiæ, atque ex momento nuptiarum tum æstimatur prioritas. *Bart. in l. 1. ff. qui pot. in pign. & in l. assiduis C. eod. Bald. Novell. de dot. part. 10. priv. 11. Carpz. 1. const. for. 24. defn. 1. Mant. de tacit. & amb. convent. p. 1. lib. 11. tit. 19. num. 12.*

§. 9. Secundo ut pro dote, ita etiam pro bonis uxoris paraphernalibus, quæ præter dotem ad maritum transferuntur, hujus bona tacite obligata sunt. *l. 29. in verb. in rebus extra dotem constitutis. C. de jur. dot. l. fin. C. de pact. conv. ibi Dd. omnes Jaf. in d. §. fuerat. n. 41. Inst. de act. Cothm. conf. 21. n. 28. vol. 3. Hartm. Pist. obs. 143. n. 1. Quod ad bona propria mulieris nuptiæ, quæ nullam dotem viro constituit, quasi paraphernalia non sint, extendendum negat. A. Fab. in C. lib. 5. tit. 9. def. 13. Tempus hujus hypothecæ exorditur à tempore traditionis, quando istæ res curæ & administrationi maritali commissæ sunt. *Carpzov. const. 24. defn. 3. num. 4. Myns. 5. obs. 4. Geil. 2. obs. 92. n. 10. Sand. lib. 3. dec. Fris. tit. 12. def. 4. quod non adeo præcisè de actuali traditione accipiendum, sed etiam pro traditione hic erit patientia uxoris, quæ marito res suas ad eum perventas administrare permittit. Jaf. in l. maritus n. 12. C. de procurat. Ultra hoc reale vinculum pignoris taciti nullum aliud privilegium dotis, sicut nec jus aliquod prælationis competit ratione paraphernalium sicut ostendunt *Cothm. d. conf. 21. num. 29. Mant. d. lib. 11. tit. 26. num. 48. & Dd. ab his allegati.***

§. 10.

§. 10.
riti uxor
tur Vid. Co
cumulu
or & ver
in Came
autem q
expres
addicat
quantu
mus. U
esse inc
uxor. ad
non pr
nii supp
tem aug
dote est
ris univ
1. ff. sol. m
illud ju
28. seq. i
nem ac
terea,
quens,
Res en
tur qu
Tace
in l. fin
doti.
bus d
recen
an pet

§. 10. Tertio tacitam hypothecam in bonis ma-
riti uxor habet ratione alimentorum, quæ isti debentur
Vid. Coler. de alim. lib. 1. c. 10. num. 47. seq. ubi magnum
cumulum Dd. pro hac sententia citat, eaq; communi-
or & verior est, ut habet *Bursat. cons. 120. num. 38.* sicut &
in Camera imperiali iudicatum fuit *Myns. 1. obs. 64.* Etsi
autem quod contrarium sentientes objiciunt, nullibi
expressis verbis tacitam hypothecam alimentis jus
addicat, ex mente tamen legum, quæ tantum valet
quantum verba *l. 6. ff. de V. S.* non obscure eam colligi-
mus. Ut enim indubium est actioni dotis hypothecam
esse indultam *d. l. un. §. 1. verb. in hujusmodi actione C. de rei
uxor. act.* & præterea certum alimenta, utpote, quibus
non præstitis, fructus dotis, qui oneribus matrimo-
nii supportandis servire debent. *l. 20. C. de jur. dot. do-
tem augent. l. 6. in fin. ff. solut. matr.* peti actione quæ de
dote est *l. 31. §. fin. ff. eod.* tanquam iudicio ex parte uxo-
ris universali *l. quod dicitur ff. de impens. in rem. dot. Bart. ad l.
1. ff. sol. matr.* quod accessionibus suis augetur, quæ in
illud iure actionis descendunt. *Jas. in rubr. d. t. sol. matr. n.
28. seq.* ita non potest non etiam quoad hanc accessio-
nem actionis tacita hypotheca locum obtinere. Præ-
terea, quia alimenta accessiones dotis sunt, conse-
quens, non posse non pro iis bona æq; esse obligata.
Res enim obstrictæ pro sorte principali obstringun-
tur quoque pro accessionibus *l. 18. ff. qui pot. in pign.*
Taceo, quod ratio hypothecæ & prælationis, de qua
in *l. fin. pr. C. d. t.* congruit non minus alimentis quam
doti. Atque hæc procedunt in omnibus casibus, qui-
bus dote data debentur alimenta uxori, quos prolixè
recenset & pertractat *Coler. d. c. 10. per tot.* nec interest,
an petantur constante matrimonio an soluto *Neguz. de*



pign. p. 2. m. 4. num. 47. seq. Ripa in l. privilegia n. 12. ff. de reb. aut. jud. poss. Ad præsentia autem mariti bona ea hypotheca restringitur, ut non procedat in iis, quæ alii vendita sunt, nec ejus ratione contra tertium possessorem, agi possit, ut sentit *Covarruv. in epit. lib. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 6. num. 4.*

§. II. Quarto etiam pro donatione ante nuptias tacitum pignus est, quod ut *Bachov. de pign. lib. 1. c. 10. n. 3.* frustra existimat, juri civili haud incognitum est, imò debetur, uti evincit tum *text. in l. 29. C. de jure dot. tum, in l. assiduis 12. §. 2. C. qui pot. in pign.* ubi eam suo tempore servire h. e. prioritatem ex tempore, quo facta est, accipere disponitur. Id quod certissimum præexistentis hypothecæ indicium est, cum alias in personalibus privilegiis aut obligationibus nunquam temporis ordo observetur. Atque ita sentiunt post *Bald. Neguzant. d. tr. m. 4. p. 2. n. 64. Myns. 5. obs. 4. Mant. d. l. 11. tit. 21. n. 28.* Præter hanc autem donatio propter nuptias nullo singulari privilegio aut prælationis jure fruitur sed ejus prioritas ex tempore æstimatur inter cæteros hypothecarios creditores *d. l. assiduis §. 2. C. qui pot. in pign. Cothm. d. cons. 21. n. 30.*

§. 12. Quinto inter illos qui tacitam hypothecam in bonis debitorum habent, Fiscus est, sacrum illud ornamentum. *l. fin. C. de discuss.* nervus Reip., compendii & dispendii communis vigil. Cui inter alia privilegia & hoc Jura dederunt, ut omnia bona illorum, qui ipsi obstricti sunt, tacito nexu ad securiorem satisfactionem teneantur. *l. 46 §. 3. ff. de jur. fisc. l. 10. ff. de manumis. l. 2. 3. C. de privil. fisc. l. 1. 2. C. in quib. caus. pign.* Idq; tum communi Politicæ societatis legi, qua nos & nostra omnia reip. dare & consecrare de-

cet,

cet, Cic. l. 2. de LL. congruum, tum etiam ex utilitate publicâ necessarium, cui sustentandæ ut fiscus servit, ita omnes & omnia huic servando obligata esse velle censentur. Adeò latè v. Ictus in d. l. 46. §. 3. ff. de jure fisc. id jus extendit, ut dicat Fiscum semper habere jus pignoris, quod ita accipimus, quod regulariter hoc habeat, eiq; regulæ in dijudicando fisci jure, semper insistamus, donec excepti casus, ubi cessat hypotheca, approbentur, quos adesse innuit l. 10. pr. ff. de pact. & jamjam attingentur. Obtinet tacita hæc hypotheca Fisci in causa primipili, seu annonæ militaris. l. 4. C. in quib. pign. tacit. cujus eximius favor est, uti demonstrant Menoch. de præsumpt. l. 2. præf. 72. n. 22. seq. Covarr. l. 1. var. resol. c. 15. Deinde ratione tributorum & collectarum omnia bona eorum, qui censentur, obligata sunt. l. 1. C. in quib. caus. pign. ib. Bart. & Dd. l. 1. C. si propt. pub. pensit. Neguz. d. p. 2. m. 4. n. 26 extacita nempe conventionem, quâ illi, qui Magistratus jurisdictioni se subiciunt ad munera civilia se & sua bona obstringunt, & dum præsidium suis bonis tacite stipulantur, exinde etiam præsidii onera pollicentur, unde per catastrationem fieri solitam quasi contrahitur & inducitur obligatio personalis & realis l. 4. C. de agric. & cens. Gail. 2. obs. 52. n. 24. Natta cons. 286. n. 6. Thomat. tr. de collect. §. exactis n. 36 seq. quæ ita res afficit, ut duret, licet ad alium possessorem devenerint. l. 7. ff. de publ. ibi gl. l. 5. §. fin. ff. de cens. Mantica. d. lib. 11. tit. 18. n. 16. Unde vulgatum hoc: Novum possessorem teneri pro collecta temporis præteriti. Castrens. in l. 7. ff. de public. Natta cons. 71. in fin. Sed ut hæc ultima locum habeant, requiritur, ut catastratio justo modo scientibus & consentientibus illis, quorum interest,



facta nec legitimè impugnata sit. vid. *Dn. Mev. p. 4. decis. 34.* Eadem procedunt in censibus, decimis, pensionibus & aliis gabellis, quæ ex bonis tributariis, superficiesariis, vectigalibus, emphyteuticis, censiticis & similibus fisco præstantur. *l. 31. ibi Bart. & Dd. ff. de pign. l. 15. ff. qui pot. in pign. Beutber. de jure prelat. p. 1. c. 11. & c. 13.* Sicuti & usuris compensatoriis, quæ ex collectis non solutis ob moram debentur. *Klock. de contrib. c. 19. n. 514. seq. Magn. Dn. Mev. p. 2. dec. 162.* sumptibus, quos subditi pro persecutionibus veneficarum aliorumq; noxiorum hominum aut executionibus criminalibus, ex multorum locorum recepto usu persolvere tenentur. *Heig. part. 2. quest. illustr. 23. n. 15. seq.* ubi ita à Wittebergensibus Jctis responsum testatur, & ego ab Amplissima Facultate Juridica in hac Universitate non ita pridem pronunciatum esse memini. Porro ex contractibus, quos fiscus cum aliis in bonis cum ipso contrahentium statim tacitè obligantur *l. 2. C. in quib. caus. pign. tac. Mej. de prefer. cred. lib. 2. tit. 3. num. 5. Mant. d. tit. 18.* Quod fisco singulari favore indultum est, etsi aliàs in contractibus utatur jure communi *l. de contractu C. de resc. vend. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. membr. 1. n. 278.* Ita vero id verum, si illud, quod geritur, à fisco obligationis initium sumat *l. 11. ff. de O. & A.* Quando in privati creditoris locum succedit, privati jure pro anterioribus suæ successionis tempore utitur, posteaquam autem succesit suum habet privilegium *l. 6. pr. ff. de jure fisc.* Atque ex eo primo limitatur generale enunciatum *d. l. 46. §. 3. ff. de jur. fisc.* In bonis officialium & administratorum, qui reip. causa munera obeunt, idem qua hypothecam tacitam tenemus per *l. simile ibi gloss. & Alex. ff. ad munic. Dd. in l. 2. C. quib. in caus. pign.*
De

De pœnis pecuniariis dubitatur, an pro illis bona delinquentium tacite sint oppignorata; Ego diversos casus discernendos puto in hac decisione. Aut enim ex delicto irrogatur bonorum confiscatio, aut verò mulcta saltem. Priori casu nulla hypotheca potest competere fisco, qui capiens bona delinquentis heredis loco habetur. *l. tutores in fin. ibi gl. C. ad l. Jul. de vi priv. Cravett. cons. 265. n. 7.* & dominus fit post condemnationem, cui in re sua pignus esse nequit *l. Neq; pignus ff. de R. 7.* Præterea tenetur satisfacere delinquentis creditoribus instar heredis *l. si marito in pr. ff. solut. matr. l. 2. ad l. Jul. de vi publ. Boss. in pract. tit. de bon. publ. num. 11. Rol. à Valle cons. 31. num. 33. seq. vol. 1.* cui consequens est, non posse illum contra creditores, quibus obstringitur jus pignoris præterdere. Posteriori casu, quando pecuniaria pœna seu mulcta ex bonis alicujus solvenda est, communiter distinguitur tempus, quod præcedit aut sequitur condemnationem. Ante iudicium coeptum, aut latam sententiam tacitum pignus in bonis rei non habet. Postquam sententia dicta in rem iudicatam abiit res damnati hypothecæ isti obligantur, ac si iudicio contractum sit. *l. 37. ff. de jure fisci Alexand. in l. 10. n. 8. ib. Jas. n. 10. ff. de pact. Clar. in pract. §. fin. q. 78.* ubi hanc communem asserit. *Farinac. in prax. crim. lib. 1. tit. 3. q. 25. n. 109. seqq.* Quod tamen non accipitur eo saltem effectu, ut hypotheca ista valeat contra ipsos delinquentes, vel tertios possessores sine titulo aut fraude possidentes, vel etiam eos quibus itidem pœna debetur, non autem nocet, aut præjudicat cæteris creditoribus, quibus omnium fiscalium pœnarum petitio postponitur. *l. 11. l. 17. ff. de jure fisci. Köppen dec. 28. n. 21. §. 13.*

§. 13.

§. 13 Jura fisci propriè summæ superioritatis
idioma sunt, ideoq; nemini suo proprio Jure, nisi
Imperatori, aut aliis superiorem non recognoscenti-
bus competunt ex *Bald. in c. 1. §. adhuc de pac. juram.
firm. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 1. c. 6. n. 1. & 8.* Post-
quam autem reliqui inferiores Principes, quos Sta-
tus imperii vocamus, de principatibus & ducatibus
ita investiri cœperunt, ut ex investitura Jus superio-
ritatis **die Lands-Fürstl. Obrigkeit** conseque-
rentur (id quod tum præscriptione, tum etiam Imp-
concessione effectum esse Dn. Præses in sua Disp.
inaug. de jure territ. §. 6. 45. & 48. ostendit, dum hi
imperium splendidâ potestate subjectorum cuperent
esse augustius, magnates ex magnis beneficiis tum
sibi devotiores, tum etiam adversus imperii hostes
alacriores, ubi triplicem hanc rationem reddit *Th.
Micha. in disc. de jurisd. concl. 44. lit. b. & Dn. Præses d. l.*)
ipsi adnexa jura fisci simul adepti sunt. *Peregrin. de jur.
fisc. l. 1. c. 2. n. 44. Dn. Præses d. disp. §. 77.* ita ut eo jure
sua habeant post investituram territoria, quo Impe-
rator ea antea habuit, & vulgatum obtineat axioma:
Quemlibet Principem tantum posse *sc. quoad jura terri-
torialia*, in suo territorio, quantum Imperator in im-
perio, de quo vid. prolixè *Reinking. 1. de regim. sec. cl. 5.
c. 6. per tot & Dn. Præsid. Disp. inaug. de jure territ.* Ea ta-
men manet differentia inter Fiscum Imperatoris &
aliorum Principum imperii: Quod ille universalis est
ubiq; privilegiis suis fruens. Hic particularis jura
sua extra territorium non extendens: Ille proprio
& summi imperii jure habetur: Hic alieno nempe
summi Imperantis beneficio & concessione tacitè
& expressè facta. *Matth. Steph. d. c. 7. m. 1. num. 18.*

Ex

Ex quibus consequens, jus tacitæ hypothecæ tan-
quam fisci privilegium hodiè Principibus non inju-
ria tribui. Idem ad civitates liberas & imperiales
spectat, quæ eo ipso quod inter status imperii rece-
ptæ sunt, (quod nomen non magis inane, quàm Prin-
cipis esse debet. *Dn. Pras. d. D. inaug. §. 26. 27. seq.* in
quibus latè Knichenii aliorumq; civitatibus Imperi-
alibus Jura superioritatis disputantium opinio refu-
tatur) in suis ditionibus jura Principis superiorita-
tis & regalia obtinent. *Geil. 2. obs. 57. n. 7. Vult. de feud.*
c. 5. n. 7. lib. 1. fiscumq; cum suis Juribus habere di-
cuntur. Peregr. de jure Fisc. l. 1. c. 2. n. 4. seqq. Steph. d. l. 2.
p. 2. c. 1. n. 56. De civitatibus municipalibus (quales
illæ nostro ævo dicuntur, quæ subsunt Statibus im-
perii, & immediatè parent) quid sentiendum? Cum
privatorum loco sint *l. 16. ff. de V. S.* nec publica jura
istis conveniant, jus fisci jure communi habere non
possunt. *l. 1. C. de bon. mat.* & quod huic consecrarium
tacito pignore in bonis debitorum regulariter non
gaudent. *l. 10. ff. ad Munic. l. 2. C. de jur. fisc. Magn. Dn.*
Mev. p. 2. dec. 161. n. 4. Multis tamen casibus videmus
istis civitatibus hoc attribui: veluti (1) ratione
præstationum publicarum **wegen Schof und an-
dere bürgerliche Unpflicht** / sicut & in bonis ad-
ministratorum ratione administrationis circa bona
universitatis perperam actæ *l. fin. C. quo quisq; ordin. con-*
ven. Neguzant. d. tr. p. 2. m. 4. n. 119. tum (2) ex speciali
superioris indultu sive privilegio *d. l. 10. ff. ad Municip.*
d. l. 2. C. de jur. Reip. tum (3) statuto seu conventione
inter magistratum & cives inita *l. 37. verb. lege sua ff. de*
reb. auth. jud. poss. Decian. cons. 109. n. 36. vol. 1. tum (4) et-
iam consuetudine, quæ si immemorialis est, Jus fisci

C

etiam

etiam municipiis tribuit haud secus ac privilegium.
Mart. Laudens. de fisc. q. 4. Dd. in l. 1. C. de jure fisci. Ex ista
jus tacitæ hypothecæ usurpāt Saxonice civitates ple-
ræq; *Fachs. diff. jur. Sax. & civ. 34.* sicut & Marchiacæ *Köpp.*
dec. 28. n. 21. Quibus addo Pomeranicas, quæ eodem jure
in bonis debitorum utuntur, sicut sæpè à *Facult. Ju-*
rid. Gryph. pronunciatum esse audiui: Tum denique
(5) quia recentiori Jure censetur, civitates quæ me-
rum & mixtum imperium habent, jura fisci quoque
non injuria usurpare. *Goden cons. 10. n. 5. Geill. 2. obs. 130.*
n. 15. Dn. Pras. in prælect. publ. ad l. 3. ff. de jurisd. istis et-
iam existo præsupposito speciem hanc, quæ est in ta-
cito pignore non immeritò tribuimus, sicuti satis cla-
rè innuit *Köppen decis. 28. n. 21. & ostendit Magnif. Dn.*
Mev. resp. 10. quod annexum est com. jur. Lubec. per tot.

§. 14. Ultimò circa privilegium hoc fisci viden-
dum, ane ultra fiscum etiam competat Principibus
ratione contractuum, quos de aliis bonis quam fi-
scalibus ineunt? Duo enim sunt bonorum genera,
quæ habent: alia fiscalia, quæ Princeps habet cum
dignitate ut Princeps (qualia sunt bona coronæ &
regimini annexa) vel quæ ejus ratione veniunt, vel-
uti ex vectigalibus, confiscatione, impostis, gabel-
lis, quæ sequuntur imperium: Alia patrimonialia,
quæ Princeps habet & possidet nullo jure imperii
aut respectu dignitatis, sed ut privatus, quæque di-
tioni non sunt unita. *Tholos. in synt. lib. 31. c. 31. n. 3.* ita
dicta, quod in patrimonio Principis sint, quod de
illis propriè dici non potest, cum imperium ejusque
bona non sint in marsupio Principis, sed sancta san-
ctorum osibus coronæ adhærentia *Myns. dec. 12. resp.*
4. Menoch. cons. 604. n. 15. Cacheran. dec. 139. n. 2. quæ ideò

ad

ad horum differentiam in patrimonio fisci publici esse dicuntur *l. 2. §. hoc interdictum ff. ne quid in loc. publ. l. 72. in fin. ff. de contr. empt.* Alias etiam multis modis discrepant. Illis administrandis præfectus procurator fisci *l. apud Julianum §. constat ff. de legat. 1.* His præpositus Procurator Cæsaris *l. 1. ff. de offic. procur. Cæs. comes rerum privatarum dictus l. 1. §. et. C. de offic. Com. rer. priv.* Illa sunt Reip. & quasi ejus dos regia Papon. *lib. 5. arrest. tit. 10. Choppin. 2. de Doman. tit. 1. num. 2.* hæc Principis propria. Illorum administratio saltem Principi competit horum arbitrium plenum, quod etiam ad alienationem quamvis porrigi potest. Quoad tacitam hypothecam differentia nulla est, sicut videre est ex *l. 6. §. 1. ff. de jur. Fisc. ubi ita habetur. Quodcumque privilegii Fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio & Augustæ vindicare solet.* Quæ verba ut præcedentibus, ubi de tacito nexu actum est, statim subjunguntur, ita satis clare patet patrimonialibus Principis & Augustæ bonis præter cætera privilegia etiam id tribui, quod pro eorum securitate debitorum bona sint obligata Ratio habetur in *l. fin. C. de quadr. præsc.*

§. 15. Sexto ad hunc ordinem refero Ecclesiam. Etsi autem isti jure civili nullibi reperiantur tributa, in bonis debitorum tacita hypotheca: imò civitatibus solum æquiparatur quæ istam non habent. Ideoque post *Bald. in fin. C. de SS. Eccles. Neguzant. d. tr. p. 2. pr. memb. 4. num. 120.* ejusq; affectu putant pro ecclesia, non esse inductam tacitam hypothecam, nisi tantum in bonis prælati pro mala administratione bonorum ecclesiasticorum: consuetudine tamen generali, quæ non minus valet quam lex, inductum est, ut hoc privilegio, quod omisit jus civile, perinde utatur.



Modestin. Pist. q. 129. ib. Schult. in addit. quam rerum perpetuo similiter judicatarum autoritas legi par *l. 38. ff. de LL.* firmavit. Quam judicia Pomeranica & summum Tribunal Wismariense servant *Magn. Dn. Mev. p. 2. q. 259.* Plerisq; etiam collegiis Jctorum in Germania in pronunciando eam esse sententiam apud multos legi; & non ita pridem Facultas Juridica Gryphiswaldensis in causa Philip von Knobelauchen/creditorum ita censuit. Neque id justa caret ratione. Cum enim in Fisco id receperit Jurisprudencia, ne ille quid detrimenti cum publico dispendio capiat, haud præsumitur voluisse id demere pietati, cui ut vinculo salutis publicæ non minus indulgendum ac huic ipsi. Favorem ecclesiæ non minorem quam fisci ostendunt leges, cum non minus ecclesiæ prospiciendum sit quam reip. Hinc valet argumentum à decisio in fisco ad ecclesiæ, ubi contrarium non reperitur in jure expressè decisum, & quando casus est applicabilis ad Ecclesiæ. *Everb. in top. legal. in loc. à fisco. ad eccles.* & omnia privilegia competentia fisco competunt etiam ecclesiæ *Tiraquell. de privil. pia causæ priv. 143.* Similiter si per aliud argumentum concludere libet, dici non absurdè posset, quia pupillis & minoribus tacitæ hypothecæ jura tribuuntur, ecclesiis quoque non deneganda, cum ab illis ad has in jure frequens sit argumentum *l. orphano trophos in pr. C. de episc. & cler. Roman. sing. 93. Everhard. in loc. à pupill. ad eccles.* Quia non possunt omnes articuli singillatim legibus comprehendi, bona occasio est, cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione vel jure suppleri *l. 12. seq. ff. de LL.* De ecclesiis earumq; creditis dicta, ad Pastorum quoque salaria & ad quævis loca
pia,

pia, ut orphanotrophia, ptochotrophia, Xenodochia monasteria, aliasve causas pias justè extendimus, quæ larga ecclesiarum appellatione in favorabilibus (secus in odiosis) comprehenduntur, earum jure & privilegiis gaudent *l. 33. l. 35. C. de Episc. & Cler. c. 2. ibi Panorm. de consuet. Nov. 131. c. 6. Tiraq. de priv. pie caus. priv. 140.*

§. 16. Septimò tacitam hypothecam habent pupilli & minores in bonis tutorum & curatorum *l. 20. C. de admintstr. tut. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act.* pro omnibus nempe causis, lex quibus hi debitores illorum sint, sive quæpiam malè administrata sint, sive neglecta, quæ negligi non debebant *Cyn. Salic. Bart. & Dd. in d. l. 20.* sicut & pro expensis litis contra tutorem institutæ etiam ante redditas rationes. *A. Fab. in C. lib. 8. tit. 7. def. 4. & 5.* Ex quibus enim & ad quæ tutores & curatores obligantur, ad illa etiam bona illorum obligata sunt. Eaque hypotheca non pupillis modo, sed etiam hæredibus eorum proficit *l. fin. ff. in quib. caus. pign. Fab. lib. 8. C. tit. 7. def. 2. n. 5. in not.* Cui non refragantur textus in *l. 42. ff. de adm. tut. l. 19. §. 1. ff. de reb. autb. jud. possid.* qui personale pupilli privilegium respiciunt, quod præter hypothecam habet. *Vid. Cujac. ad Papin. lib. 1. def. ad d. l. 42. Dissent. Mej. C. J. A. tit. in quib. caus. th. 3.* Contra hæredes autem tutoris vel curatoris non prodest ultra hujus facultates, nec quæ illis aliunde, quàm ex iis obvenerunt, onerantur *Neguzant. d. p. 2. m. 4. n. 11. Mej. de præfer. cred. lib. 2. tit. 7. n. 18.* Hæredum enim propria excipiuntur à generali bonorum defuncti hypotheca *l. 29. pr. ff. de pign. l. 1. in fin. C. de legat. Nec obst. l. 13. §. fin. C. de judic. ubi Jason ex verb. & res eorum,* colligit propria hæredum bona et-

iam pupillis obligari, cum ea verba non ad hæredes eorumque patrimonium, sed ad tutores eorumque bona referenda sunt: Principium hujus hypothecæ, quod ad dijudicandam prioritatem accuratè investigandum & tenendum est, non ducitur ab illo die, quo rationes redditæ, aut explicata reliqua sunt, etsi ante id tempus quid quantumve debeatur vix constare possit: nec à tempore cœptæ administrationis, cujus neglectæ aut dilatæ causâ tutor etiam tenetur, neque etiam à momento malæ administrationis, sed ab ipso suscepti officii die. *Ant. Fab. l. 8. C. tit. 7. def. 1. Dn. Habn. in parat. Wesenb. tit. in quib. caus. n. 1. p. m. 11.* Etsi enim tutor vel curator ad aliquid resarciendum non tenetur, antequam damnum pupillus sensit, unde videri posset, non prius nasci hypothecam, quam hinc personalis obligatio nata sit, quia tamen hæc specialis obligatio ex generali illa, quam inducit quasi contractus §. 2. de oblig. quæ ex qs. contr. & ipsum officium tutoris constituit, descendit, ad hujus principium potius hypotheca referenda est. *Salicet. in l. 20. C. de adm tut.* Hinc tertio possessori non proficit, cum convenitur hypothecariâ, quod à tutore, vel ejus hærede emerit ante rem malè administratam, aut motam de reddendis rationibus controversiam, si modo non sit facta alienatio ante cœptam tutelam. *A. Fab. d. tit. 7. Def. 1. in fin.* Similiter pupilli habent hypothecam in rebus sua pecunia per alium quàm tutorem comparatis, *l. 7. ff. qui pot. in pign. l. 3. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. p. C. de serv. pign. dat. man.* Quod in aliis secus est, qui nisi accesserit specialis de eo conventio nullam hypothecam in bonis sua pecunia emtis habent, *l. 17. C. de pign. l. 7. C. qui pot. in pign.* Dixi de rebus per alium quàm tutorem comparatis. Si enim tutor ex pecunia

cunia pupill
nium rei em
tendunt ad
etiam ex m
na Beuth. de
nulla tacita
C. lib. 8. tit. 7.
quod lege
rit cognitu
te, quam e
quæ est C
nianum ob
de privil. cre
tores, vel
fos, ment
l. 19. §. 1. seqq. ff.
§. 17. C
rum legitim
tarios tuto
duabus cor
Vellejano
mul. tut. off.
nes reddid
ipius bon
tacite pro
quib. caus. pi
re regular
men tum f
re nubenc
do maritu
commoda
sicuti late d

cunia pupillari quicquam emit, ipso jure eidem domi-
nium rei emtæ acquiritur. Alii hanc hypothecam ex-
tendunt ad omnia credita pupillaria, ut putent omni
etiam ex mutuo pupillo obligata esse mutuantis bo-
na *Beuth. de jur. pralat. p. 1. c. 1.* Quos tamen jus, sine quo
nulla tacita hypotheca asserenda est, destituit. *Fab. in*
C. lib. 8. tit. 7. def. 2. num. 67. An illud jus taciti pignoris,
quod lege tributum est pupillis, juri Digestorum fue-
rit cognitum? disceptatur inutili juxta & absurda li-
te, quam ex *l. fin. ff. in quib. caus. pign. & l. 20. C. de adm. tut.*
quæ est Constantini Imp. ostendens quid ante Justi-
nianum obtinuerit, facile decidere licet vid. *Vanderan.*
de privil. credit. c. 6. De pupillis dicta ad cæteros, qui tu-
tores, vel curatores habent, veluti prodigos, furio-
sos, mente captos ex identitate rationis pertinent.
l. 19. §. 1. seqq. ff. de reb. auth. jud. poss. l. fin. §. 5. C. de curat. furios.

§. 17. Octavo si mulier suscepta liberorum suo-
rum legitima tutela (ad quam statim post testamen-
tarios tutores ante agnatos aliosve legitimos sub-
duabus conditionibus, si secundis nuptiis & Scto
Vellejano renunciaverit *Auth. Matri & avia C. quand.*
mul. tut. off. Nov. 118. c. 5.) deinde nubit antequam ratio-
nes reddiderit & alium tutorem petierit non modo
ipsius bona sed & novi mariti seu vitrici facultates
tacite pro omni interesse pupilli obligantur, *l. pen. C. in*
quib. caus. pign. Novell. 22. c. 40. Etsi enim maritus pro uxore
regulariter non obligatur, *tt. C. ne ux. pro marit.* hinc ta-
men tum favore pupilli, tum etiam odio vitii à mulie-
re nubendo contraplacita contracti in quod ducen-
do maritus consentit, tum quia malè gesta ad ejus
commoda pertigisse præsumitur aliter constitutum,
sicuti late & egregie hoc persequitur *Mant. d. l. 11. tit.*

16. num. 3. seqq. ad quem brevitatis causa remittere placet.

§. 18. Nono. Eadem hypotheca inducitur in bonis curatoris ad litem pro iis, quæ ex ipsius officio debentur pupillo, l. 13. §. fin. ib. *Jas. & Dd. C. de judic. ut & actorum, qui dantur ab ipsis tutoribus & curatoribus Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab.* Pariter ut tutorum, ita etiam eorum qui pro tutore & curatore, cum tales verè non sint, se gerunt, bona impuberib⁹ & minoribus tacite obligantur eorum nomine, quæ ab ipsis gesta sunt, cum melioris conditionis haud esse debeant, quàm veri tutores ob id quod se tutores mentiti sunt. *gl. in l. 20. ibi Bart. & Bald. C. de admin. tut. Wesenb. parat. ff. de eo qui pro tut. num. 2. in fin.* hoc vero interest, an quis revera tutor fuerit, an se pro tutore gesserit, quod bona protutoris non possint videri obligata à die suscepti officii, ut in vero tutore hoc momentum suscipit, sed ab eo die quo se tutorem falso dixit, sive administrare cœperit, sive non *Fab. d. tit. 7. def. 2. in fin.* Si quis actor loco tutoris, vel curatoris datur à iudice, illius bona non adstringuntur eodem tacito vinculo, cum hujus periculo datur §. fin. *Inst. de curat.* & hujus ex bonis obligatis indemnitati minorum consuli possit. *Jas. in d. §. fin. l. 13. C. de jud. Neguz. d. m. 4. num. 10. Mant. d. tit. 16.* Haud quoque jus tacitæ hypothecæ extendendum esse ad illos, qui cum nec tutores sint, nec protutoribus se gerere velint, bona tamen pupillorum per speciem administrationis invadunt, putat *Fab. d. def. 2. num. 3.* hac addita ratione, quod sola tutelæ causa, non etiam pupilli persona taciti pignoris privilegium meretur, cum aliorum, qui contractu vel quasi contractu pupillis obligantur, bona simul haud pignori

gnori subjace
est realis obli

§. 19. I

ro eam, quæ
patris tribui

non omni ex

ba d. l. 6. §. 6.

adhuc aut r

dent, nec ra

ferre, sed t

suo nomine

simam reru

nitus impu

ri isti, quo

in adventi

mat. p. 2. n. 3

rati l. 15. ff. d

lutem eorum

nullus affe

furios. ex qu

presumitur

unquam n. 7

gligenter a

disipet, n

cautiones a

ademptio ad

ex fructibu

bell. Pinell.

ligunt de

pienda est

non tenet

Superest e

gnori subjaceant, lege quippe deficiente, quæ mater est realis obligationis tacitæ.

§. 19. Decimò. Inter tacitas hypothecas refero eam, quæ filio ratione peculii adventitii in bonis patris tribuitur. *l. 6. §. fin. C. de bon. qua lib.* Quæ tamen non omni ex causa competit. Regulariter, ut sunt verba *d. l. 6. §. 6.* filii familias adversus res patris viventis adhuc aut mortui nullam hypothecam sperare audent, nec ratiocinia eidem super administratione inferre, sed tantummodo alienatione aut hypothecâ suo nomine patribus denegatâ, habeat parens plenissimam rerum potestatem, & gubernatio eorum penitus impunita sit. Quod ipsum lex tribuit tum Juri isti, quod qua usumfructum plenissimum parens in adventitiis istis bonis habet. *Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. p. 2. n. 30.* tum etiam naturali erga liberos charitati *l. 15. ff. de inoff. Testam.* quæ naturali stimulo ad salutem eorum hortatur *l. un. pr. C. de rei ux. act. cum nullus affectus vincat paternum, l. fin. pr. C. de curat. furios.* ex quo optimum pro liberis capere consilium præsumitur *l. nec in ea ff. ad L. Jul. de adult. Tiraq. in l. si unquam n. 7. seqq. C. de revoc. donat.* Hinc etsi pater negligenter administret, bona liberorum imminuat & dissipet, non licet eum ad reddendam rationem, ad cautiones adigere, sed remedium liberis consulendi ademptio administrationis est, reservatis parenti quæ ex fructibus ad eum spectant *l. 50. ibi Alex. ff. ad SC. Trebell. Pinell. d. p. 2. n. 33.* Ex quibus Dd. non ineptè colligunt de culpabili administratione patris hæc accipienda esse, atque ut ob negligentiam ad rationes non tenetur, ita neque exinde bona ejus obligari. Superest ergò, ut cum iisdem sentiamus aliud esse, si

D

pater

pater dolosè & fraudulentè circa adventitia versatur, quod tunc ille sit casus, quo ex *d. §. fin. l. 6. tacitæ hypothecæ locus sit*. Quam distinctionem inter culpofam & dolosam administrationem tenent & sequuntur *Bald. & Dd. communiter in d. §. fin. Neguz. d. m. 4. n. 13. Socin. cons. 34. n. 15.* Primordium hujus hypothecæ non à die malæ aut fraudulentæ gestionis, sed à tempore susceptæ administrationis incipit. *d. §. fin. ibi Dd. omnes.* Non autem obligantur patris bona ob dissipatos fructus, qui pleno jure ad patrem spectant, sed ob ipsas res corruptas & deperditas tantum, uti declarat *Pinell. d. p. 2. n. 37.* Pro administratione bonorum adventitiorum, in quibus pater non habet usumfructum, aut castrensiū bona patris tacitè hypothecata quoque esse vult *Neguz. d. m. n. 16.* sed sine lege & ratione justâ. Non enim video, quomodo filius magis possit uti hoc privilegio, quàm alius extraneus, cujus bona quis tanquam negotiorum gestor procurat, cum æque ut hic ita filius pro patrefamilias habeatur *l. 2. ff. ad Sc. Maced.* Nisi fortè pater filii sui ex potestate dimissi tutor fuerit, quo casu à nullis oneribus tutorum eximitur, *Jason in l. præses n. 3. C. de transact. Pinell. in d. tr. de bon. matern. p. 2. n. 27.*

§. 20. Undecimò tacitam hypothecam habent liberi in bonis parentum ad secundas nuptias transeuntium tam præsentibus, quàm futuris pro lucris nuptialibus, quæ ad alterutrum conjugum ex priori matrimonio pervenerunt, *l. 6. §. 2. l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. Rittersb. in Novell. p. 4. c. 4. n. 19. Scip. Gent. de secund. nupt. c. 14.*

§. 21. Duodecimò, qui credunt ad refectionem seu reparationem alicujus rei simile jus in re refecta habent

habent. Quo
ædificii mutu
to speciatim
autem ad om
ves aliasque
pertineat, a
Multi, inter
C. tit. 7. def.
Trentl. 1. Dis
Bachov. in no
tacitam om
nes pertine
caus. pign. is
est, quod f
quo similis
lis in ædifi
tatem, cuju
mari l. 2. C.
ad mutuan
constituat
strandam r
fit. Tum
di, quod p
quàm ædi
reb. autb. ju
l. 5. & ll. se
necessariò
re. Tan
in d. l. 26.
qui in ren
bus non r
obligatar

habent. Quod de illis, qui ad restitutionem collapsi
ædificii mutuuntur SCro sub Divo Marco Imp. edi-
to speciatim provisum est. *l. 1. ff. in quib. caus. pign.* An
autem ad omnes non ad domus saltem, sed etiam na-
ves aliasque res reficiendas tacitæ hypothecæ jus
pertineat, ambigua lite inter ICros controvertitur.
Multi, inter quos reperies *Fabr. 8. Conject. 11. seq. & l. 8.*
C. tit. 7. def. 10. Donell. de pign. c. 4. Conan. 4. Comment. 17.
Treutl. 1. Disp. 20. th. fin. lit. c & 2. Disp. 1. th. 4. lit. e ibid
Bachov. in not. reædificationi domuum hypothecam
tacitam omnino specialem esse, nec ad alias refectio-
nes pertinere volunt: quia (1) per *d. l. 1. ff. in quib.*
caus. pign. isti uni casui per speciale SCrum applicata
est, quod factum dici nequit, nisi speciali constituto,
quo similibus derogetur, præsertim (2) cum specia-
lis in ædificiis militet ratio, quia ob publicam utili-
tatem, cujus interest, aspectum publicum non defor-
mari *l. 2. C. de adif. privat.* alliciendi fuerunt homines
ad mutuandum. Adhæc (3) nullo jure expresse illa
constituatur, quod tamen necessario ad eam demon-
strandam requiritur, nec effectus sine causa esse pos-
sit. Tum (4) quoniam legibus privilegium exigen-
di, quod personale est, rectoribus aliarum rerum,
quàm ædificiorum saltem tribuitur *l. 26. l. 34. ff. de*
reb. auth. jud. possid. de quo itidem accipienda, quæ in
l. 5. & ll. seqq. ff. qui potiores in pign. habentur. Ex quo
necessario sequitur, jus reale illos ex lege non habe-
re. Tandem (5) movet, quod hi rectoribus semper
in *d. l. 26. l. 34. ut & Novell. 96. c. 3.* illis æquiparantur,
qui in rem emendam & comparandam credunt, qui-
bus non nisi expressa ex conventionem rem emtam esse
obligatam, certum est. *l. 17. C. de pignor.* Quare de

conjunctis & comparatis in lege idem iudicium summi deberet. Etsi verò pro negante sententia hæc admodum subtiliter & speciosè facere videntur, re tamen accuratius inspectâ contrarium communius & verius asseritur, cui astipulatur *Gloss. in d. l. interdum ff. qui pot. in pign. ibi Bart. Zas. Cuman. Gothofred. & alii Dd. Myns. 1. obs. 60. Geil. 2. obs. 12. n. 4. Hartm. l. 27. obs. 8. n. 7. Cujac. ad African. lib. 8. in l. 9. ff. qui pot. in pign.* Quæ opinio nititur expresso textu juris in *d. l. 5. & seqq. ff. qui pot. in pign.* quem ad docendum tacitum pignus adduci posse satis est. Etsi verò ad personale privilegium ab iis, qui adversum sentiunt, hic textus referatur quod antè hypothecariis cæteris fieri putant, si expressa per conventionem accedat hypotheca: eam tamen explicationem absurdam & legi minimè congruam deprehendet, quisquis subtiliùs attenderit. De tacito enim pignore atq; privilegiato textum loqui manifestè evincit, tum rubrica sub qua collocatur, quæ est de pignor. & qui in iis pot. sint, ex qua singula quæ sub ea habentur semper explicanda sunt. *l. 1. ibi gl. & Dd. ff. de reb. cred. Eberh. in loc. à rubr.* tum ratio in *seq. l. 6. eod. tit.* subjecta in verbis. *Hujus enim pecunia salvam fecit totius pignoris causam,* quæ ideò datam prærogativam in re innuit, quia salvum est pignus, id quod rem respicit, non personam, communionem pignoris apertè indicat, jus in re constitutum asserit, quæ omnia contrariantur contrariæ hæresi personale privilegium verbis claris affingenti: tum quia nec hujus personalis privilegii, nec expressi pignoris ulla adjicitur mentio, sed soli refectionis impensæ prælatio, quæ tamen hypothecam præsupponit, attribuitur: Quare quod lex non dicit, neque nos dicere decet

debet: Tum
tiva datur, si
habentur ux
tum iudicium
regulariter v
que si subse
dentium om
consideram
de his repar
in subjunct
pupilli res su
junguntur
sumptus r
nem rei co
ctis in lege
norma hic
pignore res
ligari. Ad q
juris est & c.
sit sententi
i. ff. in quib.
uni casui ap
d. l. 6. ff. qu
Ex qua ta
salvam fec
jactâ comm
diluuntur,
Primò non
â casu ali
clusionem
Hinc in ju
ad remoti

debet: Tum quod ante hypothecarios isti præroga-
tiva datur, si illi non sint magis privilegiati, quales
habentur uxor ratione dotis, fiscus &c. id quod cer-
tum indicium est pignoris, cum personalia privilegia
regulariter veniant post pignora saltem. Tum deni-
que si subsequencia, quæ ad enucleationem antece-
dentium omninò advocanda sunt *l. 50. §. fin. ff. de leg. 1.*
consideramus, idem apparet. Cum enim in *d. l. 5. & 6.*
de his reparationis impendiis quædam posita essent,
in subjuncta *l. 7. pr.* additur. *Idemq; juris est, si ex nummis
pupilli res fuerit comparata.* Ibi uno & eodem contextu
junguntur & comparantur quoad juris æqualitatem
sumptus refectionis & pecunia pupillaris in emtio-
nem rei collocata: Si ergò de comparatis & conjun-
ctis in lege idem debet esse iudicium, quare & ab hac
norma hic discedemus, quin dicemus, ut pro hac tacito
pignore res emta tenetur, ita pro illis rem resectã ob-
ligari. Ad quã argumentationẽ cogunt *d. l. verba. Idem
juris est &c.* Si idem juris, eadem nostra de utroq; casu
sit sententia. Taceo aliud fundamentum, quod *d. l.
1. ff. in quib. caus. pign.* suppeditat, cujus non tam verba
uni casui applicata, quam rationem generalem, quam
d. l. 6. ff. qui pot. in pign. continet, inspicere convenit.
Ex qua tale colligo argumentum. Cujus pecunia,
salvam fecit pignoris causam, hic pignus habet. Hac
jactã communis sententiæ solidã basi nullo negotio
diluuntur, quæ pro contraria faciunt & adducta sunt.
Primò non obst. *d. l. 1. in quib. caus. pign.* Frustrã enim
à casu aliquo expresso argumentum ducitur ad ex-
clusionem illorum, quæ ibidem non sunt definita.
Hinc in jure absurdum est, statim ab inclusione unius
ad remotionem aliorum arguere, idque eo magis, si



casus decisi ratio generalis sit, ad similia pertinens, vel alio textu in similibus simile constitutum evinci potest. Quod utrumque hic accidit. uti jam dictum. Præterea fieri potest, ut de aliquo quid decidatur, quia in quæstionem venit, vel quia specialem meretur notam; quis inde congruè concludet, in aliis contra esse. Non possunt omnia singulatim legibus comprehendi, sed à similibus ad similia procedere jubemur *l. 12. ff. de LL.* Secunda objectio vitiosam affert juris rationem, quæ minimè ex ædificiorum decenti aspectu petenda est, cum aliàs ad rusticas domus aliaque ædificia extra urbem, aut in urbe extra aspectum sita jus non pertineret; quod tamen absurdum est. Vera autem ratio est restitutio ædificii, quam explicat *d. l. 6.* Posito tamen, esse illam genuinam rationem. Non video, quâ ratione nihilominus denegabitur refectioni navium, quarum exercitium ad summam reip. pertinet *l. 1. §. 20. ff. de Exerc. act.* sicut & aliarum rerum, quas servari publicè interest *§. fin. Inst. de his qui sunt sui.* Si ergò utilitas publica vera causa est, ubi eadem se exserit, idem jus faciet. Tertium per explicatum fundamentum juris in *d. l. interdum* corrui. In quarto opposito concedemus habere refectores rei alienæ quoddam privilegium exigendi, quo præferantur cæteris creditoribus in re resecta anteriorem hypothecam habentibus. Inde tamen nullatenus sequitur, eos pignus non habere. Utrumque enim privilegium personale & pignoris sæpissimè concurrat. Quare minimè etiam valet conclusio, quæ ex tributo privilegio exigendi demit pignus, velut apparet ex *l. 24. §. 1. ff. de reb. auth. jud. poss.* ubi illud à Divo Marco datum refertur ei, qui in restitu-

stitutionem
intervenie
d. l. 1. ff. in
conjuncta
quo non p
ctio & co
quos lege
autem ar
pressum
dem, & p
dem fit q
competi
neque in
rectè co
mentio
cuniam
competi
illam rem
impensa.
Habn. ad V
requisitis
batis Fa
Wulffer
hypothe
§. 22
mæ solve
quam pr
& Abbas
2. m. 4.
conven
tur pro
dem disp



stitutionem ædificii credidit, cui tamen ab eodem interveniente Scto tacitum pignus tributum est in *d. l. 1. ff. in quib. caus. pign.* Diversa hæc sunt jura sæpè conjuncta, aliquando sola & separata. Quare se mutuo non ponunt aut tollunt. Quintò, allatà conjunctio & comparatio vera est & justa, si in terminis, quos leges allegatæ exprimunt, remanet; extra illos autem argumentum frustra, præprimis contra expressum textum, deducitur. Simile enim non est idem, & potest esse disimile. Comparatio autem ibidem fit quoad prælationem & privilegium, quo ea competit, id quod ab ipsa hypotheca separatum est, neque in illo conjuncta, quoad hanc eodem jure frui rectè colligitur. Non enim in dd. textibus ulla fit mentio pignoris. Ad hoc autem, ut ob creditam pecuniam pro refectione hypotheca cum prælatione competat, duo requiruntur, (1) ut nominatim ad illam rem reficiendam sit credita. (2) ut realiter sit impensa. *Nov. 97. c. 3. Richt. de priv. cred. disp. 7. sect. 2. Habn. ad Wesenb. tit. de priv. cred. p. m. 154. in fin.* quibus requisitis ex parte deficientibus, nec sufficienter probatis Facultas nostra Jurid. nuper in causa Marci Wulffen creditorum, hujusmodi pecuniæ creditæ hypothecam cum prælatione denegavit.

§. 22. Decimò tertio, prædia, ex quibus decimæ solvendæ sunt, pro iis sunt obligata non minus, quam pro collectis, quæ his imponi solent *Job. Andr. & Abbas in c. cum homines X de decim. Neguz. de pign. d. p. 2. m. 4. num. 126.* Sicut enim, quando aliqua res per conventionem, aut testamento specialiter designatur pro præstatione annuæ pensionis ad hoc onus eadem dispositione censetur obligata *l. 2. ff. de alim. & cib.*

rib. leg. Bart. in l. fundus de ann. leg. Guid. Pap. decis. 432. Boer. decis. 66. n. 4. Hier. Gigas de Pension. q. 51. n. 17. Ita quando ex lege, statuto vel more rei præstatio imponitur, idem reputandum est, cum quod conventio in expressa, hoc in tacita hypotheca lex operatur.

§. 23. Decimo quarto, pro præbendis, non præsentibus modo, sed etiam præteritis fructus beneficii, ex quibus solvi debuerunt, tacite obstringuntur. *A. Fab. in C. l. 8. t. 7. defin. 12.*

§. 24. Decimo quinto inter tacitâ hypothecâ gaudentes sunt Legatarii aut fidei commissarii, quibus Imp. Justinianus *l. 1. verb. non abs re est nos in presenti casu hypothecariam donare actionem C. commun. de Legat. pro securitate eorum, quæ in testamento data sunt, in bonis hæreditariis hypothecam dedit, quam veteri jure eos non habuisse ex d. constit. satis apparet. Cui non refragatur l. 4. §. 1. ff. de separat. bon. quæ ad prætorium pignus, quod omnibus defuncti creditoribus & legatariis proficit ex petita bonorum separatione, quæ jus reale tribuit ex prætoris beneficio arg. l. 1. §. 3. ff. de separat. uti scitè explicat Bacchov. ad Treut. p. 2. disp. 13. th. fin. l. e. Eius beneficio legatarii agere possunt hypothecaria actione, quæ cum cæteris pro legato competentibus actionibus in personam vel in rem concurrit, ita, ut cum alterutra aptè cumulari possit Cyn. in d. l. Guid. Pap. dec. 108. Myns. 1. obs. 58. Idemque est si pro legato officium judicis saltem imploratur. Obstringit autem tacitum id vinculum bona, quæ à testatore ad hæredem pervenerunt, ut habent verba *d. l. 1. in fin.* qualia non ea tantum sunt, quæ fuerunt in dominio testatoris, sed alia omnia dummodo pervenerint à testatore ad hæredem*

redem. Uno
non habet d
sed satisfact
venisse, qu
fectis volu
legatorum
hoc causam
l. 1. n. 8. C.
obtinere h
alii legata
tum ex v
statim à t
ut in poss.
ut nec in i
te leganti
propria ip
c. fin. ib. Hi
commissio
d. l. 1. verb. b
ris decreto
bona hære
trari quea
v. tacita h
à lege au
ut de his
deb. indiv
hæredum
dum, sec
ipso jure
quod pe
Ant. Fab.
hac de re

redem. Unde hypothecaria agens pro legato opus non habet dominium rerum, ad quas agit, probare, sed satisfacit, si ostenderit à defuncto ad hæredē pervenisse, quasi æquius sit in alienis rebus ab hoc profectis voluntatem ejus ultimam exequi & securitati legatorum inservire, quam ab hærede vel alio ab hoc causam habente retineri. Vid. *Angel. Jason. in d. l. 1. n. 8. C. com. de legat.* In istis autem rebus non potest obtinere hypotheca illa, quæ ex hæreditariis rebus alii legatæ sunt, in quibus unusquisque legatarius tum ex voluntate testantis, tum ex dominio, quod statim à testatoris morte transit, potior est *l. 11. ff. ut in poss. Legat. Ant. Fab. in C. lib. 6. tit. 21. def. 6.* Sicut nec in ipsa re legata, quæ ut ipso jure statim à morte legantis acquiritur legatario, non potest, ut res propria ipsi esse obligata *l. 45. ff. de R. J. Donell. 8. com. c. fin. ib. Hill. lit. e.* Hæredis vel alterius personæ fideicommissio onerata res ex lege nullatenus obligantur *d. l. 1. verb. hypothecam esse non ipsius hæredis &c.* etsi Prætoris decreto post sex menses à die aditæ hæreditatis in bona hæredis non solventis legata, immisio impetrari queat *l. 7. C. ut in poss. leg. ibi Gothof. & Salic.* Differt v. tacita hæc hypotheca à cæteris hypothecis, quæ à lege aut conventionem constitutæ sunt, quod non ut de his constitutum est *l. 1. l. 2. C. si un. ex plurib. her. deb.* individua est, ita ut competat contra unum cohæredum rem aliquam defuncti possidentem in solidum, sed dividua est inter plures testatoris hæredes ipso jure divisa *d. l. 1. verb. in quantum personalis actio,* quod per varias facti species notabiliter explicat. *Ant. Fab. in C. d. l. 6. tit. 21. def. 7. & 8.* quem omnino hac de re consule. Remittere eandem testatori per-

E

mis-

missum est, quod tamen factum non censetur, si specialem hypothecam in bonis suis testator constituerit. Eâ enim non sufficiente integrum est, generalem à lege datam persequi. Vid. *A. Fab. d. tit. 21. defin. 2. & 3.* An pro donatione mortis causa pignus tacitum sit, quæritur? Etsi verò ea legatis per omnia fere similis sit. *§. 1. Inst. de donat.* cum tamen legis privilegium, quod tacita in hypotheca est, non sit extendendum sine legis textu, non putat hic quâ hypothecam dicendum esse *Neguz. d. tr. m. 4. n. 126.*

§. 25. Idem privilegium tacitæ hypothecæ competit locatori prædii urbani in rebus inquilini illatis & invec̄tis in hoc ipsum *l. 4. ff. de pact. l. 2. seqq. ff. in quib. caus.* Sed ex qua causa? Non solum pro pensionibus *inquit Marcianus in d. l. 2.* sed etsi deterio-rem fecerit habitationem sua culpa inquilinus, imò quo nomine cum ipso locati erit actio. Atque hoc pignus ex præsumta locantium voluntate lex induxit, cum illi traditâ re pro securitate mercedis illatum suo prædio sibi obligatum velle, eique inferentes illatione applaudere videantur. Unde tacitâ pactione ita conventum videri leges ajunt. *d. l. 4. ff. de pact. l. licet ff. in quib. caus. l. 3. C. eod.* Estque generalis *l. 5. C. d. t.* Locatori tribuitur ex locatione prævia: Haud interest, quomodo hæc contracta sit, an ut merces in nummis solvatur, de quo nulla dubitatio est, an ut ejus loco species aliqua, vel alia quantitas præter pecuniam numeratam præstetur, veluti ut decem modii frumenti quotannis dentur. *Jas. in d. l. 4. n. 2. ff. de pact. Roman. sing. 233.* Etsi enim propriè locatio non est, ex qua merces non est in pecunia numerata *l. 23. ff. commun. divid. Pinell. ad rubric. C. de resc.*
vend.

vend. p. 2. c. 3. n. 28. locationi tamen simillima est, cu-
jus naturam imitatur *l. 5. §. sed etsi ff. de prescr. verb. &*
eundem ex eadem ratione effectum meritò habet.
Quod in conductione obtinet, idem est in tacita re-
conductione, ex qua pignora durant obligata. *l. 13. §.*
fin. ib. gloss. & Dd. ff. loc. Et quamvis nemo prohibeatur
rem, quam conduxit, fruendam alteri locare, *l. 6. C.*
locat. modo primi locatoris per hanc sublocationem
conditio non fiat deterior, seu præjudicium, vel de-
trimentum ei inferatur, ex ista tamen sublocatione,
secundi conductoris illata & invecta domino tacitè
non obligantur *l. 24. §. 1. ff. locat. Magnif. Dn. Mev. p. 4.*
dec. 101. Objectum hypothecæ sunt illata & invecta
in prædium locatum, non tamen indistinctè omnia,
sed in quibus hæ qualitates adsunt. Primo, quod sint
propria conductoris. In rebus enim alienis non con-
sistit hypotheca expressa, ergo nec tacita, quæ illam
æmulatur. A quo duos casus exceptos velim, (1) si
conductor rem alienam à se bonâ fide possessam in
prædium invexit, & (2) si dominus rei inferenti
conductor consentit, ut sua res inferatur, & duran-
te locatione ibi permaneat. *Bald. in l. certi juris n. 10. C.*
locat. Menoch. adipisc. poss. remed. 3. n. 108. & 112. Secundo
quas res afficere debet tacita hypotheca, ita illatas
esse oportet, ut sint perpetuo in prædio, *l. 32. ff. de*
pignor. l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. quæ tum ipsius prædii
gratia ibidem esse debent, tum eâ mente inferuntur,
ut ibidem penes conductorem durante locatione re-
maneat, etsi non remanent, quod ex conditione re-
rum & intentione conducentis æstimandum. *Neguz. d.*
m. 4. n. 150. Hinc colligimus eam pecuniam, quam
quis ad quotidianos usus destinavit, ut in eos expen-

dat, (secus in ea, quæ loco peculii & thesauri recon-
ditur. Gomet. in *J. item Serviana* n. 21. & *Zasius* n. 22. *Inst.*
de act. pro immobili re ex fine haberi solita l. qui filium
ff. de legat. 3.) pro pensione aut deterioratione domus
minimè esse obligatam. Gomet. in *d. J.* 7. n. 20. *Crotus*
in l. si constante lect. 1. n. 96. ff. solut. matr. Sicut nec in-
strumenta, quæ debitorum nomina continent sub ista
hypotheca comprehenduntur ex eadem ratione,
quod non eo animo illata sunt ut ibi essent, sed ut
exigendo credito servirent. *Negus. d. m. 4. n. 153. Salic.*
in l. certi juris q. 4. C. locat. Ad merces venales ex ea-
dem causa, utpote quæ non servandi, sed permutan-
di gratia habentur idem refertur. *Neguz. d. m. 4. n. 153.*
Socin. in fall. regul. 192. fall. 2. Crotus in d. l. lect. 1. n. 96.
Quod cum grano salis accipiendum est. Vel enim
domus conducta est solum habitationis, non nego-
tiationis causa, tunc venalia in vecta eo animo ut da-
tâ occasione distrahantur, non contracta est in iis
hypotheca, tanquam non ideò illatis, ut ibi essent,
nedum ut perpetuo essent. *Conar. 4. com. 16. n. 8.* Vel
conductor exercens negotiationem hujus gratia
prædium urbanum conducit, ut merces venales re-
ponat & vendat, quomodo mercatores conducunt
domus cum tabernis & horreis, atque tunc secus di-
cendum, nempe illatas merces pignori esse obstrictas
per illationem *l. 34. ib. gloss. & Costal. ff. de pign. l. 3. ff. in*
quib. caus. pign. tac. Gometz in d. J. n. 23. ibiq. Zas. num. 20.
Tertio, illas tantum res attingit, quæ oppignorari
possent expressâ inferentium conventionem, quod
manifestâ ratione constat. Unde infertur, veriorem
esse judicandam eam opinionem, quæ negavit res
minoris in prædium in vectas, quæ sine decreto Præ-
toris

toris, si im
su oppigno
de præd. mi
& Bart. in
n. 30. Et si
quod pro
buitur pr
rum obti
de pact. ha
tioni inn
est conf
Bachov. a
terquam
ab infer
esse dece
convent
obligatu
tioni trib
in quib. E
ta. *Neguz.*
de act. li
omnia, d
quæ op
Dixi, p
tain præ
ria, usu
198. ff. a
usum i
luptati
an in u
ipsam i
sive in

toris, si immobiles, aut aliàs sine curatorum consensu oppignorari nequeunt *l. 22. C. de adm. tut. l. Prædia C. de præd. min.* in tacito pignore hoc non obligari *Gloss. & Bart. in l. 4. ff. de pact. Menoch. de A. J. C. cent. 2. cas. 171. n. 30.* Etsi enim mere legale pignus, quale est illud, quod pro dote introductum est, ut & quod fisco tribuitur pro pretio rei venditæ etiam in bonis minorum obtinet *l. quatutores ff. de reb. eor. Bald. in l. 4. n. 3. ff. de pact.* hæc tamen quæ tacitæ, ut dictum est, conventioni innititur non magis tacitè, quàm expressè potest constitui, quam rationem diversitatis reddit. *Bachov. ad Treutl. disp. 1. th. 4. lit. C. vol. 2.* Quarto præterquam quod ita invecta comparata esse oportet, ut ab inferente potuerint oppignorari, ejus conditionis esse decet, ut non excipiantur à generali pignore per conventionem constituto, quæq; quis verisimiliter obligaturus non fuisset, ne amplius tacitæ conventioni tribuatur, quàm expressa continet *contr. l. 6. ff. in quib.* Ex qua ratione *Dd.* ab ea eximunt vestimenta. *Negus. d. m. 4. n. 151. lectum Zas. in d. §. 1. n. 22. Inst. de act. libros studioforum & arma militum, uti & omnia, de quibus l. 6. cum l. seq. ff. de pignor.* loquitur, quæ oppignorari non solent. *Matth. de Affl. dec. 184.* Dixi, pertinere hanc hypothecam ad invecta & illata in prædium urbanum, quod non locus, sed materia, usus & finis facit, & à rustico distingvit *l. 166. l. 198. ff. de V. S.* quale illud omne est, quod ad urbanum usum inhabitandi, recreandi, mercimonii, aut voluptatis causa habetur, ubicunque locorum sit, ruri an in urbe. *Gædd. in d. l. 198. n. 2.* Sive autem in domum ipsam inferantur, sive in portionem ipsi conjunctam sive in aream aut horreum, quod mercium reponen-

darum causa habetur nihil refert. *Neguz. d. l. n. 138.*
Idem de istis, quæ in navem conductam inferuntur,
judicium esto, sicut de nave idem, quod de domo, ju-
dicatur. *Tiraq. de retr. consangu. §. 1. gloss. 7. n. 89.*

§. 26. Quid autem sentiendum de prædiis ru-
sticis, anne cum hæc locantur, invec̄ta & illata iti-
dem tacito pignore afficiuntur; Utut multis & ferè
communius ita visum sit, nullam inter urbana & rusti-
ca prædia circa hanc quæstionem differentiam con-
stituentibus, nisi quæ circa illationem est, quod in
illis sola illatio obliget, in his vero scientia accedere
debeat per *l. 5. C. locat.* Verius tamen & magis ex ju-
re civili asseritur, bona in prædium rusticum illata,
minimè obligari per illationem, nisi expressa de hoc
conventio accedat, quam opinionem tenuerunt *Do-
nell. de pign. c. 6. Cujac. ad l. 4. ff. de pact. Obrecht. de pign.
th. 69.* Probatum hoc assertum primò per *l. 4. pr. ff. in
quib. caus. pign.* ubi cum *ICtus* ait, eo jure utimur, ut,
quæ in prædia urbana inducta illata sunt, pignori esse
credantur, quasi id tacitè convenerit, statim adjicit,
in rusticis contra observatur. Quæ oppositio expressè o-
stendit, non esse ex his locatis pro pensione obligata
quæ invec̄ta essent. Tacitum quippe pignus inde esse
dicitur, quia tacitè de eo conventum videtur. In ru-
sticis autem ea conventio non intelligitur, ergo nec
tacitum pignus est. Quo ipso simul refutatur eorum
explicatio, qui in *d. l.* quæ effectum illationis opposi-
tionem fieri prætendunt, cum tamen non ideo dica-
tur illata in urbanum esse pignori, quia illata sunt, sed
quia ita tacitè conventum videtur, cui statim subjun-
gitur de rusticis contrarium. Secundo idem firmat
l. 2. ff. d. t. in qua dum fructus fundi locati pignori
taci-

tacite esse dicuntur, etsi nominatim id non conven-
rit, sequitur cæteras res nisi expressa accedente con-
ventionem non obligari. Manifestius tertio id proba-
tur ex *l. 1. C. eod. tit.* ubi detentio rerum in fundum vel-
uti prædium rusticum illatarum prohibetur, nisi spe-
cialiter obligatæ essent. Quod absurdum esset, si ta-
cita ex illatione subesset obligatio, ex qua detentio
necessario sequitur. Porro duplex diversitatis ratio
diversum jus esse ostendit. Primo enim ideo ob illa-
ta in prædium urbanum tacitam lex concedit hypo-
thecam, quia pro securitate mercedis id videtur taci-
te actum, conventio autem tacita inde colligitur,
quod olim initio caveri solebat, ut illata pignori es-
sent pro pensione domuum, quam consuetudinem
lex in interpretando & addendo secuta est: sed loca-
to rustico prædio, dum pro securitate erant fructus,
cui fidentes cautionem aliam exigere non solebant.
l. 16. §. 8. ff. de furt. præprimis quod vix alia ratio ca-
vendi aderat, quod rustica prædia fundi adjunctas
habent humiles casas, in quibus tenuis suppellex, &
præprimis instrumenta rustica saltem inferuntur,
quæ tamen jura à pignore eximunt *l. 7. cum. Auth. seq.*
C. quæ res pign. Quare hic consuetum lex non reperit,
nec super eo disponere potuit. Vid. *Bach. d. l.* Dein-
de & ex eo differentia, quod lex locantibus prædia
rustica in illatis prospicere opus non habuit, cum fru-
ctus inde nati satis ipsis consulant, quod secus est in
urbanis, ubi nulli nascuntur fructus, ideoque aliis in
rebus prospectum esse non potuit. Ubi autem non
opus est, ibi non succurrit lex, præsertim remedium
dando singulare, quale est tacita hypotheca, quam
rationem reddunt *Conan. c. 16. n. 5. Eguin. Baro in §. item*
Servu

Serviana Inst. de act. Non obst. l. 3. ff. quib. in caus. pignor.
Falsum enim est, quod à nonnullis præsupponitur,
horreum & aream esse Prædia rustica: Qualia etsi ex
usu sæpè fieri possint, si tamen quis alteri locat, ut
mercedem inde percipiat, ob usum hunc urbanum
urbana sunt prædia. Itidem minime obst. l. 5. C. locat.
Ibi enim verba *voluntate dominorum* de expressa con-
ventionione accipienda sunt. *Cujac. in §. 7. Instit. de action.*
Donell. d. l. sicut in eodem sensu eâ voce utitur *JCrus*
in *l. Pomponius §. 1. ff. in quib. caus.* Et quæstio *d. l.* hæc est,
utrum quæ prævia conventionione in fundum condu-
ctum illata sunt pignori teneantur? Cui respondetur,
hoc certi juris esse, quod in urbanis secus sit, ubi ne-
quidem desideratur scientia. Hactenus autem de illa-
tis & in vectis in prædium rusticum dicta de jure civi-
li vera sunt, usu vero quotidiano aliter observatur,
eamque consuetudinem, quâ illata & in vecta in præ-
dium rusticum tacite obstringuntur pro debitis con-
ductorum in Pomerania manifestam esse docet. *Dn.*
Mev. d. p. 4. dec. 127. n. 4. Postquam res ita compara-
tæ ut obligari possint, semel sunt in vectæ & illatæ,
durat in iis coeptum obligationis vinculum, etsi de-
inde iterum dimoveantur, vel ad alios per alienatio-
nem transferantur *l. 15. C. de pignor. l. 12. C. de distr. pign.*
Nec obst. *l. 9. ff. in quib. caus. pign.* quæ non ad omnes
res spectat, sed singulare aliquid favori libertatis da-
tum continet, ut *Costal. ad. d. l. Habn. ad Wes. par. d. t. n. 6.*
statuunt, sicut comprobat idem text. in *l. 8. ff. d. t.* Effe-
ctus hujus hypothecæ consistit in actione quasi Ser-
viana & utili interdicto Salviano *l. 1. C. de interd. Salu.*
Coronidis loco notandum, bona à famulis conductis
illata in domum non censerì tacite hypothecata pro
servi-

servitii præ
nec supra
sunt conc
Bald. in d.

§. 27
habent lo
rioration
sive nat
stent. S
ut contr
n. 18. per
non ref
recond
sentium

§. 2
illatis a
Negus. d. l.
emplo lo
ducitur a

§. 2
caus. bon
actione
esse obr

§. 3
filiabus
hypoth
habere

§. 3
bus bon
quibus
sed sing
Dd. sæp

fervitii præstatione, cum nec lege aliqua id cautum,
nec supra positum jus ad eos referri possit, qui non
sunt conductores prædii, sed locatores operarum
Bald. in d. l. certi juris n. 7. C. locat. Negus. d. m. 4. n. 151.

§. 27. Decimo septimo, tacitam hypothecam
habent locatores prædii rustici pro mercede & dete-
rioratione in fructibus istius *l. 7. ff. in quib. caus. pignor.*
sive naturales sint, sive industriales dummodo ex-
stent. Si enim consumti aut venditi fuerint secus est
ut contra *Costal. in d. l. 7. putat Jason. in d. l. 4. ff. de pact.*
n. 18. per text. express. l. 3. ff. in quib. caus. pignor. Hoc
non refert, sciverit an nesciverit locator, fructus esse
reconditos in prædio, uti contra Accursium rectius
sentiunt *Jason in d. l. 4. n. 18. Gotbofr. in d. l. 7. & alii.*

§. 28. Decimo octavo eadem obtinent in bonis
illatis ab emphyteuta in prædium emphyteuticum
Negus. d. l. n. 127. Beuther. lib. 1. de jure præl. c. 3. Quod ex-
emplo locationis, à quo ad emphyteusin validum
ducitur argumentum, firmiter asseritur.

§. 29. Decimo nono Bartolus in *l. fin. ff. in quib.*
caus. bona dolo transigentis novandi animo & trans-
actionem dolo non observantis tacito pignori vult
esse obnoxia, sed textum allegat nullum.

§. 30. Ex moribus Pomeraniæ pro alimentis
filiabus ex feudo debitis etiam præteritis, tacitam
hypothecam in feudo, nec non jus retentionis filias
habere testatur iterum *Magn. Dn. Mev. p. 3. dec. 367. n. 3.*

§. 31. Alii alios enumerant casus & species, qui-
bus bona tacitâ hypothecâ obligari contendunt, de
quibus tamen, quia jus certum non est, nihil assero,
sed singula consuetudini locorum relinquo, ex qua
Dd. sæpè scribunt, quæ alii inde ad jus commune per-

F

peram



peram traducunt. Idcirco in eo cautos esse oportet omnes, qui auctoritate unius Doctoris moti sine jure, ratione & more statim hypothecas fingunt. Sic nonnullis persuasum est, ex sola chirographi cujuscunque ut & literarum & epistolæ agnitione aut denegatione jus tacitæ hypothecæ oriri, quem errorem solidis fundamentis castigat *Fab. in C. lib. 8. tit. 7. defn. 8. & 9.* Eodem modo erroneum est à nonnullis traditum, ex bonorum cessione per debitorem facta, pignoris jus nasci in favorem chirographariorum creditorum, quod tamen nullo jure constitutum reperimus. *Fab. d. tit. 7. def. 11.*

§. 32. Sunt quoque non pauci, qui rem emtam ex pecunia ad hoc credita ut ematur creditori tacite obligatam esse statuunt *Jas. in l. creditor ff. si certum petatur Ceval. com. opin. q. 744. Geil. 2. obs. 12. n. 13.* ubi hanc communem esse asserit. Quos movet tum text. in *Novell. 97. §. his consequens*, ubi Imp. de iis agens creditoribus, qui hypothecam in bonis debitorum habent, mentionem expressam facit eorum, quorum pecunia res emta est: tum comparatio credentis ad emendum & ad reficiendum *l. 26. l. 34. ff. de reb. auth. jud. poss.* Cui posteriori uti hypotheca tribuitur, ita etiam priori non deneganda videtur: tum, quod eadem ratio in credente ad refectiorem & mutuante ad emtionem. Quia si hypothecam habet ad conservationem impendens, ideo, quia salvam fecit pignoris causam, multo magis habere debebit, qui de novo acquirendi causam dedit, cum majoris operæ & utilitatis sit, augere debentis bona novâ acquisitione, quàm rem quæ sitam suis impensis servare *arg. l. 8. ff. de bis qui sunt sui.* Tum denique per *l. 7. qui pot. in pign.*

His

His autem minimè attentis contraria sententia hypothecam tacitam ad emendum mutuantes in remta regulariter denegans juri magis expresso corroboratur. Satis manifestè hanc litem decidunt Impp. in l. 16. C. de pign. ubi hæc ponitur regula. *Nisi specialiter vel generaliter debitor comparatum prædium obligaverit tuæ pecuniæ numeratio in causam pignoris non deduxit*: Ubi conventionem præcisè desiderata tacitum pignus expresse negatur. Applaudit text. in l. 7. C. qui pot. in pign. ubi ad emendum credenti ideò prærogativa ante hypothecarios tribuitur, quia specialiter prædium ejus pecunia emtum obligatum erat. Quæ ratio absurdè, supervacuè imò contra legitima principia addita esset, si tacito pignore id creditum fuisset privilegiatum. Idem text. in l. 5. §. 17 ff. de tribut. act. asserit. Aliquanto clariùs *Novell. 136. c. 3. versic. duntaxat si in contractibus*. Ubi qui notat taxativam particulam, is satis intelligit conventionem de pignore esse necessariam. Contra quos juris textus sine expresso in contrarium sonante textu aliud sentire haud excusandus error esse videtur, præsertim in constitutione tacitæ hypothecæ, quam ut legis privilegium sine lege asserere erubescimus. Atq; ita mecum hac in quæstione sentiunt. *Bald & Salicet. in Auth. Quo jure C. qui pot. in pign. Suarez comm. opin. lit. m. n. 273. Hartm. Hartm. pract. obs. tit. 27. obs. 8. Fab. lib. 8. conject. c. 11. quæ sententia praxi receptior est. Covarrub. 1. var. resol. 7. n. 3. crebriori interpretum calculo probata, secundum quam respondeatur & judicetur. Hartm. Pistor. p. 3. illustr. quæst. 15. n. 6. sicut sæpiùs responsum & judicatum refert. idem sentiens Rauch. p. 1. q. 5. n. 5. per tot. & novissimè Magn. Dn. Mev. p. 4. dec. 312.* Nequaquam obstant, quæ

quæ contrarium sentientes movere solent. Nam quod attinet *Nov. 97. c. 3. §. his consequens.* etsi ibidem ad emendam rem credentibus, quoad emtam contra ceteros creditores hypothecarios privilegium Prælationis conceditur, idque etiam ex hypotheca, cui istud annexum est, minimè tamen asseritur, rem eam tacite hypothecatam esse. Ideoque verba non contra, sed juxta jura cetera interpretari decet, ut præcaveatur juris correctio. Ex istis autem certum est, tacitam hypothecam ex mutuo ad emendum minimè competere, sed expressam per supr. citat. ll. conventionem de pignore desiderari, ideoque jus prælationis in *d. Nov.* datum ita accipimus, si credens rem emtam obligari curaverit sicut rectè explicant *Donell. Conan. Fab. dd. ll. ut & Rauchb. d. q. 5. n. 13.* Secundo comparatio ad emendum & conservandum mutuantium in *d. l. 26. & l. 34.* ultra terminos legum non est extendenda, præsertim ad eos casus & species, de quibus aliæ leges diversum statuere reperiuntur. Citati autem textus loquuntur de personali tantum privilegio, & in eo comparant istos creditores, quod omnium consensu multum differt ab hypotheca, ideoque ad eam inde non rectè inferitur, cum à separatis mala sit illatio *l. fin. ff. de calumn.* sicuti etiam hoc explicat *Auth. Quo jure C. qui pot. in pign.* Ratio identitatis quæ tertio loco objicitur, præterquam quod juris textibus allegatis, quibus sua non deest ratio, non opponenda est, cum præsentem legem cesset in contrarium effecta ratio vel inde convellitur, quod Jura favore distinctos esse voluerint optima ratione, qui efficiunt, ut res sint emtoris, & qui rem domini, ipsi factam tectamque conservant. Illi nihil rei præstant, sed



sed emptori credunt saltem ad rem, quam nondum ha-
bet. Hi verò rem salvam integramque efficiunt, &
eo ipso per impendia sibi obligant. Illorum res est
manetque eadem mutato domino: Horum pecunia
melior fit & servatur. Quorum consideratio sine du-
bio effecit, ut res servata pro beneficio salutis obli-
gata esset. Empta vero non obligaretur ad emendum
credenti. Tandem non obst. *d. l. 7. pr.* quæ singulare
continet pupillorum favori indultum, unde potius
colligendum foret, quod de pupillo specialiter dis-
ponitur, nec de aliis in commune dispositum respi-
citur, id in aliis secus esse. Excipitur ab hac senten-
tia casus in non exceptis eandem firmans in *Nov. 97.*
c. 4. l. fin. & Auth. Quod obtinet C. de pignor. si quis mutu-
o dederit ad emendam militiam. Aliam exceptionem
Bald. in l. pen. C. de serv. pign. dat. addit, quod in bonis
emptis ex usuris pro restitutione usurarum tacita sit
hypotheca per text. in *c. cum tu X. de usur.* Communi-
or Dd. opinio contrarium tenet, quam sequitur &
defendit *Negus. d. m. 4. n. 155.* quia ex venditione rei
emptæ ut satisfiat, usuras solventibus ex *d. c. cum tu*
nequaquam inferitur pignus, quia & cœteræ res non
obligatæ pro debitis, ut exsolvantur, jure distra-
hantur.

§. 33. Porro circa hanc materiam de tacitis pi-
gnoribus diligenter observandum est discrimen pi-
gnoris & privilegii personalis, quod à multis etiam
eruditis viris magno errore confunditur, dum ex iis
textibus & statutis, quibus hoc tribuitur, tacitam
hypothecam sæpè inferunt, ideoque eam istis speci-
ebus affingunt, de quibus tamen lege aut consuetu-
dine nullâ cautum reperitur. Id quod tum pignorum



tum prælationis quæstionem inter creditores non parum reddit intricatam. Quisquis exactè ista discernit, reperiet sibi facilem esse ex intricata labyrintho exitum. De discrimine autem isto latius hic agere pagellarum & instituti ratio non permittit, ideò ejus tractationem alio tempore & loco reservabimus.

§. 34. Pariter non levioere errore à multis confunditur jus retentionis cum jure pignoris, & ab isto ad hoc ducitur argumentum, quæ tamen longissimè distant, & ex quibus illud faciliùs permittitur, quam ut hoc tribuatur. Quisquis pignus expressum vel tacitum habet, retentionis jure fruitur, sed non vice versâ, cui competit jus retentionis, ei tribuenda est tacita hypotheca: Nam cui datur actio, eidem retentio deneganda non est *l. 1. §. nam cui ff. de superfic. l. 152. §. 1. ff. de R. 7.* Sed non omnis habens actionem, habet rem, ad quam agit pignori obligatam. Sic venditor habet retentionem rei venditæ, quasi pro pretio obligatæ *l. 13. §. 9. ff. de act. empt.* sed post traditionem factam etsi pretium solutum non sit, nullum superest tacitum pignus, nec avocare licet possessionem, aut quasi Serviana agere, sed sola personali ex vendito actione. *Fab. in C. d. lib. 8. tit. 7. defin. 6. Rauchb. d. q. 5. n. 14. per. l. 16. ff. de in rem vers.* Ita retentionis jure, antequam sibi satisfiat detinere potest Advocatus acta. Sartor vestes confectas, auriga & tabellarius res advectas & allatas, dominus hospitii bona hospitati &c: quorum tamen nulli legitur indulta per legem tacita hypotheca. Etsi Beutherum passim in tr. de jure prælat. in ea enumeratis personis attribuenda nimis properum deprehendo, cujus errores in confundendis

jam

jam à me
cautè disp

§. 35.
conventi
nonnullis
alimentis
quoad co
c. 8. n. 36.

§. 36.
thecæ id
tum locu
tis seu in
quæ ob
lis est, c
bilia, in
tentia de

§. 37.
ca comp
alis conf
& in spe
tit. 8. de
visione
elegant
in reme
plurimo
current
pothec
nisi pa
lur

D

res non-
ista dis-
labyrin-
hic age-
tit, ideo
servabi-
tis con-
& ab isto
ngisime
r, quam
n vel ta-
on vice
nda est
reten-
c. l. 152.
habet
ditor
obli-
m fa-
berest
1, aut
ito a-
per. l.
m sibi
r ve-
tas &
quo-
a hy-
præ-
pro-
ndis
jam

jam à me distinctis admodum frequentes vitandi & cautè dispiciendi sunt.

§. 35. Alimentorum nomine sive legata sive ex conventionem, sive ex lege debita tacitum pignus à nonnullis quoque conceditur. Quod etsi de legatis alimentis non minùs, quàm ob alia legata verum est, quoad cœtera autem bene dissentit *Coler. de alim. l. 3. c. 8. n. 36.* quo me brevitatis studio remitto.

§. 36. Objectum, sicut & effectus tacitæ hypothecæ idem est, ac expressæ, & quidem nisi ea ad certum locum, uti fit in bonis in prædium urbanum illatis seu investis, vel ad certas res, ut in ea contingit, quæ ob refectionem competit, restringitur, generalis est, comprehendens bona præsentia & futura, mobilia, immobilia & nomina, sicut ex communi sententia declarat *Negus. d. m. 4. n. 165. seqq.*

§. 37. Quod si, in quibus causis tacita hypotheca competit, conventionem hominum expressa specialis constituatur, non tollitur illa, sed hæc augetur, & in specie expressa firmatur. Vid. *A. Fab. l. 5. C. tit. 8. defn. 3.* Nec resistit vulgatum axioma: Provisionem hominis tollere provisionem legis, sicuti eleganter per aliquot declarationes explicat *Menoch. in remed. 3. adipisc. poss. n. 155.* quem vide. Cœtera de plurimorum tacitam hypothecam habentium & concurrentium prioritate, actionibus, & quæ tacitæ hypothecæ sunt contraria ac adfinia, essent adducenda, nisi pagellæ deficerent, ideoq; studio brevitatis filum hic abrumpimus, illorum tractationem a-
libi reservaturi, dicentes

DEO UNI TRINO GLORIAM.



Pignore de tacito meletemata juris, AMICE,
Defendens pulchrâ non sinè laude, scio.
Conscendas cathedram, nec te tacuisse bono-
rum

Ora fatebuntur, Te bona fama manet.

Celerr. inter occupationes

scr.

P R Æ S E S.



Pulpita cum scandens nostri, Fullere, Lycei
Themata proponis pignore de tacito.
Non taceas, dicas potius, quæ dicere fas est,
Ast, quæ jura tacent, tu meritò taceas.

Fest. cal. scr.

Petrus Mascou, J. U. D.
& Prof.





1919 A 6394

ULB Halle 3
002 927 217



Retro V

VD 17





B.I.G.

19

XX.
TIO ORDINARIA
DE

NORE

CITO.

QUAM

ANNUENTE NUMINE
nobilissimæ Facultatis Juridicæ
Ryphiswaldensium Universitate

SUB PRÆSIDIO

ERICI GERDESII,

Profefs. Ordin. Facultatis Juridicæ
iiiis, Dn. Præceptoris ac Promotoris sui
i promptitudine devotè æternum
colendi.

Auditorio Majori ad d. 26. April:
ditorum examini subjiciet

ES FÜLLERUS,
ADÀ-BREMENSIS.



RYPHISWALDIÆ
I DOISCHERI, Universitatis Typogr. 1667.

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue